RESERVADO
1298
B. N. L.

RESERVADO

Res
1298

# ❡ Hore in laudem beatiſſime Virginis Marie: ſecundum conſuetudinem Eccleſie Pariſienſis.




❡ Venales habentur Parrhiſiis/apud Magiſtrum Gotofredum Torinū Bituricum: ſub inſigni Vaſis effracti: gallico ſermone Au Pot Caſſe.

## ¶ Priuilege du Roy noſtre ſire.

FRancois/ par la grace de Dieu/ roy de France/ aux Preuoſt de Paris/ Baillif de Rouen/ ⁊ Seneſchal de Lion: et a tous noz autres iuſticiers ⁊ officiers/ ou a leurs lieuxtenans/ ⁊ a chaſcun deulx ſicomme a luy appartiendra/ ſalut.

Noſtre cher ⁊ biẽ ame maiſtre Geofroy Tory de Bourges/ libraire demourant a Paris/ nous a faict dire ⁊ remõſtrer cõme pour touſiours diuulguer/ acroiſtre/ et decorer la lãgue Latine et Francoiſe/ il a puis certain temps enca faict et compoſe vng liure en proſe et langaige frãcois/ intitule Lart et Science de la deue et vraye proportion des lettres Attiques: autrement dictes Antiques/ et vulgairemẽt lettres Romaines/ proportionees ſelon le corps ⁊ viſaige humain. Leql liure il no⁹ a faict veoir et preſenter/ nous ſuppliant ⁊ requerant a ceſte fin luy dõner et ottroyer Priuilege/ permiſſion et licence dicelluy liure imprimer ou faire imprimer: enſemble certaines Hiſtoires et Vignettes a Lantique et a la Moderne. Pareillement Friſes/ Bordeures/ Coronemens et Entrelas/ pour faire ĩprimer Heures en telz vſages ⁊ grandeurs que bon luy ſemblera/ durant le temps et terme de dix ans: cõmẽcans au iour de la date de lĩpreſſion deſditz Liure ⁊ Heures. Auec progation de ſẽblable tẽps pour aucunes Hiſtoires ⁊ Vignettes a Lantique par luy cy deuant faict imprimer. Sans ce q̃ pendant ledit temps il ſoit loiſible/ ne permis a aucuns autres libraires ⁊ imprimeurs de noz Royaume/ Pays ⁊ Seigneuries autre que icelluy Tory/ ou ceulx que pour ce il commettra de iceulx Liure ⁊ autres choſes ſuſcriptes/ pouoir imprimer ou faire ĩprimer en aucune maniere. Sauoir vous faiſons que nous ce que dit eſt conſidere/ inclinãs liberallemẽt a la ſupplication et requeſte dudict maiſtre Geofroy Tory: et ayant regard ⁊ conſideration aux peines/ labeurs/ fraiz/ et deſpens quil luy a conuenu porter ⁊ ſouſtenir/ tant a la cõpoſition dudit Liure/ que pour la taille deſdites Hiſtoires/ Vignettes/ Friſes/ Bordeures/ Coronemens ⁊ Entrelas/ pour faire im-

primer Heures/ comme dit eſt / en pluſieurs vſages et grandeurs. A iceſluy/ pour ces cauſes ⁊ autres raiſons ad ce nous mouuans / Auons donne et ottroye/ donnons ⁊ ottroyons de grace eſpecial par ces preſentes Conge/ Licence/ Permiſſion ⁊ Priuilege de pouoir imprimer ou faire imprimer par ſes gens/ facteurs ⁊ cōmis/ leſditz Liure ⁊ Heures: en telles grādeurs ⁊ vſages que bon luy ſemblera/ durant ledit temps et terme de dix ans: commencans audit iour et date de limpreſſion diceulx: Auec ladite Prorogation de ſemblable temps de dix ans/ pour leſdites Hiſtoires et Vignettes / par luy cy deuant faict imprimer. En vous mandant ⁊ ordonnant reſpectiuemēt/ par ceſdites preſentes / q̄ de noz preſens don et ottroy/ licēce/ permiſſion ⁊ Priuilege/ vous ſouffrez/ et laiſſez ledit maiſtre Geofroy Tory iouyr ⁊ vſer plainement ⁊ paiſiblement: ſans pour ce luy donner ou faire donner aucun empeſchement au contraire. Et en oultre ne ſouffrir et permettre/ en quelque maniere q̄ ce ſoit/ q̄ aucuns autres Libraires ou Imprimeurs de noſditz Royaume/ pays ⁊ ſeigneuries puiſſent et ayent a imprimer ou faire imprimer/ pendant ledit temps/ leſditz Liure et Heures / comme dit eſt: Sur peine de Cent Marcs dargent/ a nous a appliquer: et confiſcation des Liures ⁊ Heures: eſquelz ilz auront oultre noſtre vouloir meſpris. Car tel eſt noſtre plaiſir. Donne a Chenōceau/ le cinqieſme iour de Septembre / Lan de grace Mil cinq cens vingt ſix. Et de noſtre regne/ le douzieſme.

Ainſi ſigne. Par le Roy. Breton. Et ſeelle de cire iaune en ſimple queue. Et en linterinement ſigne Lormier / ſeelle de cire verte/ en double queue.

a ii

## Almanach pro annis vigintiduobus.

| Annus domini | Paſcha | Nūerus aureus. | Lra dñi. | Biſſextꝰ. |
|---|---|---|---|---|
| D.xxviii. | xii.Apr. | ix. | E | D. |
| D.xxix. | xxviii.M. | x | C | |
| D.xxx. | xvi.Ap. | xi | B | |
| D.xxxi. | ix.Ap. | xii | A | |
| D.xxxii. | xxxi.M. | xiii | G | F |
| D.xxxiii. | xiii Apr. | xiiii | E | |
| D.xxxiiii | vi.April'. | xv | D | |
| D.xxxv. | xxviii.M. | xvi | C | |
| D.xxxvi. | xvi Ap. | xvii | B | A |
| D.xxxvii. | i.Apr. | xviii | G | |
| D.xxxviii. | xxi.Ap. | xix | F | |
| D.xxxix. | vi.April'. | i | E | |
| D.xl. | xxviii.M. | ii | D | C |
| D.xli. | xvii.April'. | iii | B | |
| D.xlii. | ix April'. | iiii | A | |
| D.xliii. | xxv.Mar. | v | G | |
| D.xliiii. | xiii.Apr. | vi | F | E |
| D.xlv | v.April'. | vii | D | |
| D.xlvi. | xxv.Ap. | viii | C | |
| D.xlvii. | x.April'. | ix | B | |
| D.xlviii | i.April'. | x | A | G |

¶ De anno/ et partibus eius

Annus Menſes habet duodecim/ Hebdomadas duas et quinquaginta et diem vnum. Dies vero/ trecentos ſexagintaquinqꝫ et ſex horas.

Ex quot diebus conſtet vnuſquiſque mẽſis.

Triginta Aprilis/ Juni/ Septẽque Nouemque/
Vno plus alii. Viginti Februus octo.
At ſi biſſextus fuerit/ ſupradditur vnus.
Et tunc biſſexto Martii conſcribe Calendas.

De numero Nonarum/ ac Iduum ſingulorum menſium.

Sex Nonas Maius/ October/ Julius/ et Mars.
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

Et notandum: primo quoque die menſis dicendum. Calendis Quinto / Nonis Decimotertio / Idibus vbi none quatuor. Vbi vero ſex/ Septimo / Nonis. Decimoquĩto/ Idibus in caſu ſexto. Reliquis autem diebus/ pridie/ tertio/ quar-

to Calendas/aut Nonas/aut Idus in caſu quarto retrorſum numerando vſqꝫ ad eum diem/quo aut Calendis aut Nonis/aut Idibus dicimus/quemadmodũ in ſingulis menſibus hoc libello cura noſtra excuſo licet videre.

### De Aureo numero.

Numerus aureus anni m.ccccc.xxii. eſt iii/ ſed anni m.ccccc.xxiii/erit iiii.inde v.inde vi. vſque ad m.ccccc.xxviii. tum redeũdũ ad vnũ.atque ita ãno m.ccccc.xxxix. aureꝰ numerꝰ erit i.ſequenti autẽ ii.hic iii.hinc iiii.vſque ad xix.Deinde redeũdum item ad vnum/ ⁊ per circuitum ſemper ab vno ad decimumnonum

### Quo die ĩ ſingulis menſibus ſit coniunctio Lune.

Notandum quinto die ſupra literam alphabeti/que poſita eſt contra numerum aureum vniuſcuiuſque anni eſſe coitum lune ſingulis menſibus.Verbi gratia.aureus numerus anni m.ccccc.xxii eſt iii qui numerus e regione xxii diei Nouembris eſt contra d.literam.numera igitur ab ea litera incluſiue vſque ad g.literam

eiuſdem menſis. Vel numerando i/ii/iii/
iiii/v/ Vel dicendo hec ſyllabatim. Hic no
ua lu na Vbi vel v/ Vel na dixeris/ erit
nouilunium. idq; tẽporibus noſtris/ nã
annis voluẽtibus vel ſexto/ Vel ſeptimo/
Vel octauo/ ⁊ deinceps die ſupra literã al-
phabeti que cõtra numerũ aureum ſin-
gulorum annorũ poſita fuerit/ erit con-
iunctio lune: tũcq; augendus eſt nume-
rus ſyllabarum ſupra quinque ſyllabas/
vna ſyllaba/ ſic/ hic eſt no ua lu na: inde
duabus ſic/ hic erit no ua lu na: ⁊ ſic dein-
ceps addendo prioribus ſyllabam. atque
vbi na dixeris/ eo die erit cõiunctio lune.

¶ An verus aureus numerus in ſingu-
lis menſibus.

Item notandum ſic facile cognoſci poſ-
ſe/ an ĩ ſingulo quoq; menſe verus ſit au-
reus numerus. adde poſt vnumquẽque
numerũ/ octo/ vſq; ad xix. ⁊ q̃ ex additi-
one octo euenerit numerus/ verus erit
aureus numerus. Quod ſi ſupra nonũ-
decimum addendo octo/ euaſeris nume-
rum: qui reliquus fuerit/ dempto nonode
cimo/ verus erit numerus. Quod facilli-

mum fuerit in ſingulis mẽſibus tractā-
do cognoſcere. exempli gratia. in Janu-
arii principio contra a literam/ numerus
aureꝰ eſt iii. adde igitur ei viii: erit contra
c/ literam xi inde item viii erit contra e li-
teram xix/ deinde item octo: cõſtitues ſe-
ptem ⁊ viginti. dẽptis ex xxvii/ xix/ re-
manent octo / qui eſt aureus numerus
contra f literam/ ⁊ ſic deinceps.

Ianuarius habet dies. xxxi.
Luna vero habet. xxx.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| iii | A | Calēdis | Circūci. dñi. | i |
| | b | iiii | octa. ſ. Steph. | ii |
| xi | c | iii | Genouefe | iii |
| | d | Pridie | octa. ſctōꝝ. Jn. | iiii |
| xix | e | Nonis. | Simeonis con. | v |
| viii | f | viii | Epypha. dñi. | vi |
| | g | vii | Juliani mar. | vii |
| xvi | A | vi | Rigober. epi. | viii |
| v | b | v | Martia. v̄gi. | ix |
| | c | iiii | Guillermi epi. | x |
| xiii | d | iii | Jginii pape. | xi |
| ii | e | Pridie | Satyri marty. | xii |
| | f | Jdibus | octa. epyph. | xiii |
| x | g | xix | Calē. Februa. Feli. | xiiii |
| | A | xviii | Mauri abba. | xv |
| xviii | b | xvii | Marc. pa. ꝛ m. | xvi |
| vii | c | xvi | Antonii abb. | xvii |
| | d | xv | Priſce v̄ginis. | xviii |
| xv | e | xiiii | Marii cum ſo. | xix |
| iiii | f | xiii | Sebaſtia. m. | xx |
| | g | xii | Agnetis vir. | xxi |
| xii | A | xi | Vincentii. m. | xxii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| i | b | x | Emerē.vgi. | xxiii |
| | c | ix | Babille | .xxiiii |
| ix | d | viii | Conuer Pau. | xxv |
| | e | vii | Policat.m. | xxvi |
| xvii. | f | vi | Juliani epi | xxvii |
| vi | g | v | Agne.ii. | xxviii |
| | A | iiii | Pau.ma. | xxix |
| xiiii | b | iii | Batildis reg. | xxx |
| iii | c | Pridie | Cyri ⁊ Jo. | xxxi |

Les six premiers ans que vit lhom-
me au monde
Nous comparons a Januier droicte-
ment.
Car en ce moys / vertu ne force abunde.
Non plus que quant six ans a vng en-
fant.

Februarius habet dies .xxviii.
Luna vero .xxix.
Cum vero biſſextus fuerit: habet dies xxix. Luna autem .xxx.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | d | Calendis | Ignatii mar. | i |
| xi | e | iiii | Purifica. Ma. | ii |
| xix | f | iii | Blaſii epiſcopi. | iii |
| viii | g | Pridie. | Gilberti confeſſo. | iiii |
| | A | Nonis. | Agathe virgi. | v |
| xvi | b | viii | Dorothee virgi. | vi |
| v | c | vii | Moyseti epiſco. | vii |
| | d | vi | Salomonis. | viii |
| xiii | e | v | Apolinie. | ix |
| ii | f | iiii | Scolaſtice virgi. | x |
| | g | iii | Euphroſine. | xi |
| x | A | Pridie. | Eulalie virgi. | xii |
| | b | Idibus | Fuſce virgi. | xiii |
| xviii | c | xvi. calē. Mar. | Valentini. | xiiii |
| vii | d | xv | Fauſtini. m. | xv |
| | e | xiiii | Iuliane vir. | xvi |
| xv | f | xiii | Conſtantie. | xvii |
| iiii | g | xii | Simeonis. | xviii |
| | A | xi | Sabini preſb. | xix |
| xii | b | x | Galli preſbyte. | xx |
| i | c | ix | ſ xxix. mar. | xxi. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | d | viii | Cathe. Pet. | xxii |
| xv | e | vii | Sere. Vigilia | xxiii |
| | f | vi | Mathie. | xxiiii |
| xvii | g | v | Alexandrini. | xxv |
| vi | A | iiii | Victoris. | xxvi |
| | b | iii | Leandri epi. | xxvii |
| xiiii | c | Pridie. | Romani. | xxviii |

¶ Les ſix dapres reſemblēt a Feburier.
En fin du quel commence le prītemps.
Car leſperit ſe ouure / preſt eſt a enſei-gner.
Et doulx y deuiēt lenfant quant a douze ans

Martius habet dies xxxi.
Luna vero habet xxx.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| iii | d | Calendis | Albini epiſcopi. | i |
| | e | vi | Baſilici mart. | ii |
| xi | f | v | Maximi mr̄. | iii |
| | g | iiii | Lucii pa. ⁊ mar. | iiii |
| xix | A | iii | Foce martyris. | v |
| | b | Pridie. | Victoris mar. | vi |
| | c | Nonis. | Thome de aqui. | vii |
| xvi | d | viii | Apolonii. | viii |
| v | e | vii | Sanctorū. xl. m. | ix |
| | f | vi | Ugi archiepiſco. | x |
| xiii | g | v | Soldati. xl. m. | xi |
| ii | A | iiii | Gregorii pape. | xii |
| | b | iii | Euphraſie | xiii |
| x | c | Pridie | zacharie pape. | xiiii |
| | d | Idibus. | Longini martir. | xv |
| xviii | e | xvii | Calen. Apri. Patri. | xvi |
| vii | f | xvi | Gertrude. | xvii |
| | g | xv | Anſelmi epiſc. | xviii |
| xv | A | xiiii | Joſeph confeſ. | xix |
| iiii | b | xiii | Guberti confeſ. | xx |
| | c | xii | Benedicti abba. | xxi |
| xii | d | xi | Pauli ep. Nar. | xxii |
| i | e | x | Pygmeni. | xxiii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | f | ix | Theodori | xxiiii |
| ix | g | viii | Annūcia·M· | xxv |
| | A | vii | Caſtorii mar· | xxvi |
| xvii | b | vi | Joan·eremi· | xxvii |
| vi | c | v | Gondani· | xxviii |
| | d | iiii | Euſtaſii abb· | xxix |
| xiiii | e | iii | Secundi mar· | xxx |
| ii | f | Pridie | Balbine vir· | xxxi |

¶ Mars ſignifie les ſix ans enſuyuãs:
Que le temps chãge en produiſant ver//dure.
En celluy aage ſadonnent les enfans
A maint eſbat/ſans ſoucy ne ſans cure.

Aprilis habet dies xxx.
Luna vero xxix.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | g | Calendis. | Theodore v̄ginis. | i |
| xi | A | iiii | Marie Egypti. | ii |
| | b | iii | Pancratii mar. | iii |
| xix | c | Pridie. | Ambroſii epi | iiii |
| viii | d | Nonis. | Vincentii cõfeſ. | v |
| xvi | e | viii | Celeſtini pape | vi |
| v | f | vii | Alexandri mar. | vii |
| | g | vi | Dionyſii epi. | viii |
| xiii | A | v | Prochori mar. | ix |
| ii | b | iiii | Apollonii pſb. | x |
| | c | iii | Leonis pape | xi |
| x | d | | zeni epi Veron̄. | xii |
| | e | | Eufemie v̄gis | xiii |
| xviii | f | xviii | Calende May. | xiiii |
| vii | g | xvii | Yſidori martyr. | xv |
| | A | xvi | Calixti mar. | xvi |
| xv | b | xv | Aniceti pape | xvii |
| iiii | c | xiiii | Prefecti preſbi. | xviii |
| | d | xiii | Creſcentii cõ. | xix |
| xii | e | xii | Leonis pape | xx |
| i | f | xi | Simeonis epi | xxi |
| | g | x | Inuẽ. Dio. ꝛ ſo. | xxii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| x | A | ix | Georgii mar. | xxiii |
| | b | viii | Gregorii epi. | xxiiii |
| xvii | c | vii | Marci euãge. | xxv |
| vi | d | vi | Marcellini. | xxvi |
| | e | v | Anaſtaſii pa. | xxvii |
| xiiii | f | iiii | Vitalis mar. | xxviii |
| iii | g | iii | Petri marty. | xxix |
| | A | Pridie | Eutropii epi. | xxx |

Six ans prochains vingt et quatre en ſomme
Sont figurez par Apuril gracieux:
Et ſoubz ceſt aage eſt gay et ioly lhom=me
Plaiſant aux dames courtoys et amou=reux.

deaurato/circundata varietate.
Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuam/ ⁊
obliuiſcere populum tuum/ ⁊ domum pa-
tris tui.
Et concupiſcet rex decorem tuum: quo-
niam ipſe eſt dominus deus tuus et ado-
rabunt eum.
Et filie Tyri in muneribus vultū tuū
deprecabuntur: omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filie regis ab intus
in fimbriis aureis: circumamicta varie-
tatibus.
Adducentur regi virgines poſt eā: pro-
xime eius afferentur tibi.
Afferentur in letitia ⁊ exultatione: ad-
ducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii:
cōſtitues eos prīcipes ſuper omnē terrā.
Memores erunt nominis tui domine: in
omni generatione ⁊ generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi in
eternum: ⁊ in ſeculum ſeculi.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſēper: ⁊
in ſecula ſeculorum amen. Pſalmus.

DEus noſter refugium ⁊ virtus: adiutor in tribulationibus: que inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dũ turbabitur terra: et trãsferentur mõtes in cor maris.

Sonuerũt ⁊ turbate ſunt aque eorum: cõturbati ſunt mõtes in fortitudine eius.

Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Deus in medio eius non cõmouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbate ſunt gẽtes et ĩclinata ſunt regna: dedit vocẽ ſuam et mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus Jacob.

Venite et videte opera domini que poſuit prodigia ſuper terram: auferẽs bella vſque ad finem terre.

Arcum conteret et confringet arma: et ſcuta comburet igni.

Uacate ⁊ videte quoniam ego ſum deus: exaltabor in gentibus: et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſce-

ptor noſter deus Iacob.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper
et in ſecula ſeculorum amen.
Fundamenta eiꝰ in montibus ſan-
ctis / diligit dominꝰ portas Sion:
ſuper omnia tabernacula Iacob.
Glorioſa dicta ſunt de te: ciuitas dei.
Memor ero Raab et Babylonis: ſcien-
tium me.
Ecce alienigene / et Tyrus / ⁊ populus
Ethiopum: hi fuerunt illic.
Nunquid Sion dicet homo / ⁊ homo na-
tus eſt ĩ ea: et ipſe fundauit eã altiſſimꝰ:
Dominus narrabit in ſcripturis popu-
lorum et principũ: horũ qui fuerũt in ea.
Sicut letãtiũ omniũ: habitatio eſt ĩ te.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc. ⁊c.
an. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intẽde
proſpere procede ⁊ regna. ℣. Adiuuabit eã
deus vultu ſuo. ℟. Deus in medio eius
non commouebitur. Pater noſter. Et ne
nos. Sed libera. Iube domine benedicere.
Sancta dei mater pro nobis iugiter oret.

Amen. **Lectio quarta.**

Sancta Maria virgo virginū ma
ter ⁊ filia regis regum omnium/
tuum nobis impēde ſolatium: Vt celeſtis
regni per te mereamur habere premium:
et cum electis dei regnare in perpetuum.
Tu autem domine. ℟. Beata es virgo
Maria que dominū portaſti creatorē mū
undi. Genuiſti eū qui te fecit ⁊ in eternū
permanes virgo. ℣. Aue Maria gratia
plena dominus tecū. Genuiſti. Jube dn̄e
benedicere. Oret voce pia pro nobis vir=
go Maria. Amen. **Lectio quinta.**

Sancta Maria piarum piiſſima
intercede pro nobis ſanctarū ſā=
ctiſſima: Vt ꝑ te virgo ſumat noſtra pre=
camina: qui pro nobis ex te natus regnat
ſuper ethera: Vt ſua charitate noſtra de=
leantur peccamina. Tu autem domine
miſerere noſtri. Deo gratias. ℟. Ad nu=
tum domini noſtrum ditātis honorē. Si=
cut ſpina roſam genuit Judea Mariam.
℣. Vt vitium virtus operiret: gratia cul=
pam. Sicut ſpina. Jube dn̄e benedicere.
Oret ꝑ famulis ſctā Maria ſuis. Amē.

## ¶ Lectio ſepta.

Sancta dei genitrix q̄ digne meruiſti cōcipere/ quem totus orbis nequiuit comprehendere: tuo pio interuentu culpas noſtras ablue: Ut perennis ſedē glorie per te redempti valeamus ſcandere: Ubi manes cum filio tuo ſine tempore. Tu autē. ℟. Miſſus eſt angelus Gabriel ad virginē deſponſatā Joſeph: nunciās ei verbum/ ⁊ expaueſcit virgo de lumine. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud dominum. Ecce concipies ⁊ paries filium ⁊ vocabitur altiſſimi filius. ℣. Aue Maria gratia plena dominus tecum. Ecce cōcipies. Gloria. Ecce.

¶ Diebus Mercurii et Sabbati dicitur. an. Gaude. Pſalmus.

Cantate domino canticum nouū: cantate domino omnis terra.

Cantate domino et benedicite nomini eiꝰ: annūciate de die in diē ſalutare eius.

Annūciate inter gentes gloriā eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniā magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: terribilis eſt ſuꝑ omnes deos.

Quoniam omnes dii gẽtium demonia:
dominus autem celos fecit.
Confeſſio et pulchritudo in conſpectu
eiꝰ: ſanctimonia et magnificẽtia in ſan/
ctificatione eius.
Afferte domino patrie gentium/ affer/
te domino gloriam ⁊ honorem: afferte do
mino gloriam nomini eius.
Tollite hoſtias et introite in atria eiꝰ:
adorate dominum in atrio ſancto eius.
Commoueatur a facie eiꝰ vniuerſa ter/
ra/ dicite in gentibus quia dominus re/
gnauit.
Etenim correxit orbem terre qui nõ cõ/
mouebitur: iudicabit populos ĩ equitate.
Letentur celi ⁊ exultet terra cõmouea/
tur mare ⁊ plenitudo eius: gaudebũt cã/
pi/ ⁊ omnia que in eis ſunt.
Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarũ
a facie domini quia venit: quoniam venit
iudicare terram.
Iudicabit orbem terre in equitate: ⁊ po/
pulos in veritate ſua.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. ⁊c. Pſalmus.

Dominus regnauit exultet ter-
ra: letentur inſule multe.
Nubes ⁊ caligo in circuitu eius: iuſtitia
⁊ iudicium correctio ſedis eius.
Ignis ante ipſum precedet. ⁊ inflāma-
bit in circuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terre: vi-
dit ⁊ commota eſt terra.
Montes ſicut cera fluxerunt a facie do-
mini: a facie domini omnis terra.
Annunciauerunt celi iuſtitiā eius: et vi-
derunt omnes populi gloriā eius.
Confundantur omnes qui adorant ſcul-
ptilia: ⁊ q̄ gloriātur in ſimulachris ſuis.
Adorate eum omnes angeli eius: audi-
uit et letata eſt Syon.
Et exultauerunt filie Iude: propter iu-
dicia tua domine.
Quoniam tu dominus altiſſimus ſup
omnem terram: nimis exaltatus es ſu-
per omnes deos.
Qui diligitis dominum odite malum:
cuſtodit dominus animas ſanctorum ſu-
orum: de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta eſt iuſto: ⁊ rectis corde leticia.

Letamini iuſti in domino: ⁊ cõfitemi-
ni memorie ſanctificationis eius.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. ⁊c. Pſalmus.
Cantate domino canticum nouũ:
quia mirabilia fecit.
Saluauit ſibi dextera eius: et brachiũ
ſanctum eius.
Notum fecit dominus ſalutare ſuũ: in
cõſpectu gentiũ reuelauit iuſtitiã ſuam.
Recordatus eſt miſericordie ſue: et veri-
tatis ſue domui Iſrael.
Viderunt omnes termini terre: ſaluta-
re dei noſtri.
Iubilate domino omnis terra: cantate
⁊ exultate et pſallite.
Pſallite domino in cithara in cithara/
⁊ voce pſalmi: in tubis ductilibus et voce
tube cornee.
Iubilate in cõſpectu regis domini: mo-
ueatur mare et plenitudo eius/ orbis ter-
rarum ⁊ qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu/ ſimul mon-
tes exultabunt a conſpectu domini: quo-
niam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: ⁊
populus in equitate.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum amen.
An. Gaude Maria virgo cunctas here-
ſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.
℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua. ℟. In-
tende proſpere procede ⁊ regna. Pater no-
ſter. Et ne nos. Sed libera. Iube domine
benedicere. Ab hoſte maligno eripiat nos
dei genitrix virgo. Amē. Lectio ſeptima.

O Beata Maria quis tibi digne va-
leat iura gratiarum et laudū pre-
conia impēdere: que ſingulari tuo aſſen-
ſu mundo ſuccurriſti perdito. Quas tibi
laudes fragilitas humani generis perſol-
uet: q̄ ſolo tuo cōmercio recuperādi aditū
inuenit. Accipe itaque quaſcūq; exiles/ ⁊
meritis tuis impares gratiarū actiones.
Et cum ſuſceperis vota: culpas noſtras
orādo excuſa. Tu autē domine. ℟. Aue
Maria gratia plena dominus tecū. Spi-
ritus ſanctus ſuperueniet in te/ et virtus
altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque ⁊ quod

naſcetur ex te ſanctum/ vocabitur filius
dei. ℣. Quomodo fiet iſtud: quoniam vi-
rum non cognoſco. ⁊ reſpondens āgelus
dixit ei. Spiritus ſanctus. Jube domine
benedicere. Jn omni tribulatione ⁊ āgu-
ſtia ſuccurrat nobis piiſſima virgo Ma-
ria. Amen. Lectio octaua.

ADmitte piiſſima dei genitrix p̄-
ces noſtras ītra ſacrariū tue ex-
auditionis: ⁊ reporta nobis antidotū re-
conciliationis. Sit per te excuſabile quod
per te ingerimus: fiat impetrabile quod
fida mēte poſcimus. accipe qđ offerimus
impetra qđ rogamꝰ: excuſa quod timemꝰ
Tu autem. ℟. Stirps Jeſſe virgam p̄-
duxit: virgaque florē. Et ſuper hunc flo-
rem requieſcit ſpiritus almus. ℣. Virgo
dei genitrix virga eſt: flos filius eius. Et
ſuper. Jube domine benedicere. Ad gau-
dia paradiſi perducat nos Maria mater
Chriſti. Amen. Lectio nona.

SAncta Maria ſuccurre miſeris/
iuua puſillanimes/ refoue flebi-
les/ ora pro populo/ interueni pro clero/ in-
tercede pro deuoto/ femineo ſexu: ſentiant

omnes tuum leuamē quicūque celebrant tuam commemorationem: Aſſiſte parata votis poſcentium ⁊ reporta nobis omnibus optatum effectum. Sit tibi ſtudiū aſſidue exorare pro populo dei: que meruiſti benedicta precium ferre mūdi. Tu autem. ℟. Super ſalutem ⁊ omnem pulchritudinem dilecta es a domino: ⁊ regina celorū vocari digna es. Gaudēt chori angelorum conſortes ⁊ cōciues noſtri. ℣. Valde eam nos oportet venerari: que tā ſancta ⁊ intacta eſt virgo. Gaudent chori. Gloria patri. Gaudent chori.

¶ Canticum ſanctorum Ambroſii et Auguſtini.

Te deum laudamus: te dominum confitemur.

Te eternum patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes angeli: tibi celi et vniuerſe poteſtates.

Tibi cherubim et ſeraphim: inceſſabili voce proclamant.

Sanctus. Sanctus. Sanctus: dominus deus ſabaoth.

Pleni ſunt celi et terra/maieſtatis glo-
rie tue.
Te glorioſus/apoſtolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus: laudat ex-
ercitus.
Te per orbem terrarum: ſancta confite-
tur eccleſia.
Patrem immenſe maieſtatis.
Venerandum, tuum verum: et vnicum
filium.
Sanctum quoqȝ paracletum ſpiritum.
Tu rex glorie Chriſte.
Tu patris ſempiternus es filius.
Tu ad liberandum ſuſcepturus homi-
nem: non horruiſti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti cre-
dentibus regna celorum.
Tu ad dexterā dei ſedes: ī gloria patris.
Iudex crederis eſſe venturus.
Te ergo queſumus famulis tuis ſubue-
ni: quos precioſo ſanguine redemiſti.
Eterna fac cū ſanctis tuis in gloria nu-
merari.
Saluum fac populum tuum domine: a

benedic hereditati tue.
Et rege eos ⁊ extolle illos vſqȝ ī eternū.
Per ſingulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in ſeculum: et in ſeculum ſeculi.
Dignare domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri dn̄e: miſerere noſtri.
Fiat miſericordia tua domine ſup̄ nos: quemadmodum ſperauimus in te.
In te domine ſperaui: non cōfundar in eternum. Verſus. Specioſa facta es ⁊ ſuauis. ℟. In delitiis tuis ſancta dei genitrix.

¶ Ad laudes.

Pater noſter qui es in celis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuũ. Fiat voluntas tua: ſicut in celo et in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem Sed libera nos a malo. Amen.

Aue Maria gratia plena dominꝰ tecũ: benedicta tu in mulieribus/ et benedictus fructus ventris tui Jeſus Amen.



Deus in adiutoriū meum intēde.
Dn̄e ad adiuuādū me feſtina.
Gloria patri et filio:et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum amen.
an. Benedicta tu. Pſalmus.

Dominꝰ regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem et precinxit ſe.

Etenim firmauit orbem terre: qui non commouebitur.

Parata ſedes tua deus ex tunc: a ſeculo tu es.

Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem ſuam.

Eleuauerunt flumina fluctus ſuos: a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domum tuam decet ſanctitudo dñe in longitudinem dierum.

Gloria patri et filio: ⁊ ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio ⁊ nunc et ſemꝑ: et in ſecula ſeculorum amen. Pſalmus.

Iubilate deo omnis terra: ſeruite domino in leticia.

Introite in cōſpectu eiꝰ: in exultatione.

Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus: ipſe fecit nos et non ipſi nos.

Populus eius et oues paſcue eiꝰ introi-

te portas eius in confeſſione: atria eius in
hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius quoniam ſuauis
eſt dominus/ in eternū miſericordia ei⁹: et
vſqꝫ in generatione et generationem ve-
ritas eius.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio ꝛc. Pſalmus.

Deus deus me⁹: ad te de luce vi-
gilo.

Sitiuit in te anima mea: quam mul-
tipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta inuia et inaquoſa ſic
in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutē
tuam et gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua
ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: et in no-
mine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur
anima mea: et labiis exultationis lau-
dabit os meum.

Sic memor fui tui ſuper ſtratum meū
in matutinis meditabor in te: quia fuiſti
adiutor meus.

Et in velamēto alarum tuarum exultabo adheſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi vero in vanum queſierunt animā meam: introibunt in inferiora terre/ tradentur in manus gladii partes vulpium erunt.

Rex vero letabitur in deo letabūtur omnes qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultum ſuū ſuper nos/ ⁊ miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteātur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes/ quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos deus deus noſter benedicat nos deus: ⁊ metuant eum omnes fi-

nes terre.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio et nunc. ℞.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.

Benedicite aque omnes que ſuper celos ſunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite ſol et luna domino: benedicite ſtelle celi domino.

Benedicite imber et ros domino: benedicite omnis ſpiritus dei domino.

Benedicite ignis et eſtus domino: benedicite frigus et eſtas domino.

Benedicite rores et pruina domino: benedicite gelu et frigus domino.

Benedicite glacies et niues domino: benedicite noctes et dies domino.

Benedicite lux et tenebre domino: benedicite fulgura et nubes domino.

Benedicat terra dominum: laudet et ſu-

perexaltet eum in ſecula.

Benedicite montes ꝛ colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina domno.

Benedicite cete et omnia que mouētur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.

Benedicite omnes beſtie ꝛ pecora domino: benedicite filii hominum domino.

Benedicat Iſrael dominum: laudet et ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite ſacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino.

Benedicite ſpiritus et anime iuſtorum domino: benedicite ſancti et humiles corde domino.

Benedicite Anania Azaria Miſael domino: laudate ꝛ ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicamus patrē et filium cum ſancto ſpiritu: laudemus et ſuperexaltemus eum in ſecula.

Benedictus es domine in firmamento

celi: ⁊ laudabilis et glorioſus et ſuperexal-
tatus in ſecula. Amen. Pſalmus.

Laudate dominum de celis: lau-
date eum in excelſis.

Laudate eum omnes angeli eius: lau-
date eum omnes virtutes eius.

Laudate eum ſol et luna: laudate eum
omnes ſtelle et lumen.

Laudate eum celi celorum: et aque que
ſuper celos ſunt laudent nomen domini.

Quia ipſe dixit et facta ſunt: ipſe man-
dauit et creata ſunt.

Statuit ea in eternum ⁊ in ſeculum ſe-
culi: preceptum poſuit et non preteribit.

Laudate dominum de terra: dracones
et omnes abyſſi.

Ignis grando/ nix glacies/ ſpiritus ꝓ-
cellarum: que faciunt verbum eius.

Montes/ ⁊ omnes colles/ ligna fructife-
ra/ et omnes cedri.

Beſtie/ et vniuerſa pecora/ ſerpentes/ et
volucres pennate.

Reges terre/ et omnes populi: principes
et omnes iudices terre.

Iuuenes/ et virgines/ ſenes cum iunio-

tibus laudent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper celum et terram: et exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius: filiis Iſrael populo appropinquanti ſibi.

Cantate domino cāticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.

Letetur Iſrael in eo qui fecit eum: et filie Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano et pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo: et exaltauit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis.

Exultationes dei in gutture eorum: et gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibꝰ: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: et nobiles eorū in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium cōſcriptum: gloria hec eſt omnibus ſanctis eius.

Laudate dominum in ſanctis eiꝰ: laudate eum in firmamẽto virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tube: laudate eũ in pſalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo.

Laudate eum in cymbalis bene ſonãtibus/ laudate eũ in cymbalis iubilationis/ omnis ſpiritus laudet dominum.

Gloria patri et filio: ꝛ ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio ꝛc. An. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui.

Capitulum.

Te laudant angeli atq; archangeli ſancta dei genitrix que virũ non cognouiſti: et dominum deum noſtrum in tuo ſancto vtero baiulaſti. Deo gratias.

Hymnus.

Virgo dei genitrix/ quẽ totus nõ capit orbis/ in tua ſe clauſit viſcera/ factus homo.

Vera fides geniti / purgauit crimina
mūdi: et tibi virginitas/ inuiolata manet.
Te matrem pietatis/ opem te clamitat
orbis: ſubuenias famulis/ o benedicta tuis
Gloria magna patri/ compar tibi gloria
nate: cū ſancto ſpiritu/ gloria magna pa-
tri. Amen. ℣. Elegit eam deus et preele-
git eam. ℟. Et habitare eā facit in taber-
naculo ſuo. an. Hec eſt.

## Canticum zacharie.

Benedictus dominus deus Iſrael:
quia viſitauit et fecit redemptio-
nem plebis ſue.
Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo
Dauid pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui
a ſeculo ſunt prophetarum eius.
Salutē ex inimicis noſtris: et de ma-
nu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiam cum pa-
tribus noſtris: et memorari teſtamenti
ſui ſancti.
Iuſiurandum quod iurauit ad Abraā
patrem noſtrum/ daturum ſe nobis.
Ut ſine timore de manu inimicorū no-

ſtrorum liberati: ſeruiamus illi.

In ſanctitate ⁊ iuſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini/ parare vias eius.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eiꝰ: in remiſſionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordie dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedent: ad dirigēdos pedes noſtros in viam pacis.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorum amen.

añ. Hec eſt regina virginum que genuit regem velut roſa decora: virgo dei genitrix per quam reperimus deum et hominem: alma virgo intercede pro nobis omnibus. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meꝰ ad te veniat. Oratio.

Deus qui corda fideliū ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere/ et de

eius ſemper ſancta conſolatione gaudere.

Oratio.

DEus qui de beate Marie virginis vtero verbum tuum angelo nunciāte carnem ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis / vt qui vere eam̄ dei genitricem credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Oratio.

ECcleſiam tuam queſumus domine benignus illuſtra: vt beati Joannis apoſtoli tui et euangeliſte/illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat deus: Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad matutinas de cruce.




Domine labia mea aperies.
Et os meum annunciabit lau-
dem tuam.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria patri. Sicut erat. Hymnus.

Patris ſapiẽtia veritas diuina: deus homo captus eſt hora matutina: a ſuis diſcipulis cito derelictus: a Iudeis traditus/ venditus/ et afflictus. An. Adoramus te Chriſte ⁊ benedicimus tibi: quia per ſanctam crucem tuã redemiſti mũdum. ℣. Qui pro nobis paſſus es. ℟. Domine miſerere nobis. Oratio.

Domine Ieſu Chriſte fili dei viui pone paſſionem crucẽ et mortem tuam inter iudicium tuum et animã meam nũc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miſericordiam ⁊ gratiam: defunctis requiem ⁊ veniam/ eccleſie tue pacem et concordiam: et nobis peccatoribus vitam ⁊ letitiam ſempiternam Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad matutinas de ſancto ſpiritu.



Domine labia mea aperies.
Et os meum annunciabit lau-
dem tuam.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio et nunc ⁊ ſemp: ⁊ in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.

Nobis ſancti ſpiritꝰ gratia ſit data: de qua virgo virginū fuit obumbrata: cum per ſanctum angelum fuit ſalutata: Verbum caro factum eſt virgo fecundata. An. Veni ſācte ſpiritus reple tuorum corda fidelium/ et tui amoris in eis ignem accēde. Verſus. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus/ da nobis illam ſancti ſpiritus gratiā quam diſcipulis tuis in die ſancto penthecoſtes tranſmiſiſti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad matutinas de Conceptione.

Domine labia mea aperies.
Et os meum annunciabit lau-
dem tuam.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc et ſem-
per: et in ſecula ſeculorum amē. Hymnus
Benedicta cōceptio virginis ma-
tris Marie. Feſtiuetur cū gau-
dio aſſit dies letitie. Letetur tota regio ſer-
uiens regi glorie. Non obſtante obiurgio
detrahentis inuidie. aña. Conceptio tua
dei genitrix virgo gaudium annūciauit
in vniuerſo mundo. ℣. In conſpectu al-
tiſſimi immaculata permāſiſti. Dei ge-
nitrix intercede pro nobis. Oremus.
Deus qui pro ſalute humani ge-
neris carnem glorioſe virginis
Marie aſſumere dignatus es: ⁊ ipſā ſine
macula cōcipiendam ante ſecula in ma-
trem preelegiſti: concede propicius: Ut qui
de eius conceptione (que fuit noſtre redē-
ptionis necnon temporum plenitudinis
exordium) letamur: eius piis interceſſio-

nibus ab inſtantibus periculis ꝛ a morte perpetua preſeruemur. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Proſa de beata Maria.

Inuiolata ĩtegra ꝛ caſta es Maria Que es effecta fulgida celi porta. O mater alma Chriſti chariſſima. Suſcipe pia laudum preconia. Noſtra vt pura pectora ſint et corpora. Te nunc flagitant deuota corda ꝛ ora. Tua per precata dulciſſona. Nobis concedas veniam per ſecula. O benigna. O benigna. O benigna. Que ſola inuiolata permanſiſti.

¶ Ad primam.

Maius habet dies xxxi.
Luna vero habet xxx.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| xi | b | Calendis. | Philip. ⁊ Iaco. | i |
| | c | vi | Sigiſmūdi regis. | ii |
| xix | d | v | Inuentio. ſ. cru | iii |
| viii | e | iiii | Quiriaci epiſ. | iiii |
| | f | iii | Fortunati epiſco. | v |
| xvi | g | Pridie. | Ioã. añ por. lati. | vi |
| v | A | Nonis. | Cleti pape. | vii |
| | b | viii | Appari. ſ. Mi. | viii |
| xiii | c | vii | Tranſ. Nicolai. | ix |
| ii | d | vi | Gordiani ⁊ epi. | x |
| | e | v | Mamer. ⁊ maio. | xi |
| x | f | iiii | Nerei ⁊ achi. | xii |
| | g | iii | Theodore vgi. | xiii |
| xviii | A | Pridie | Bonifatii mar. | xiiii |
| vii | b | Idibus | Iſidori marty. | xv |
| | c | xvii Calen. Iunii | Hono. | xvi |
| xv | d | xvi | Torpete mar. | xvii |
| iiii | e | xv | Felicis epiſco. | xviii |
| | f | xiiii | Potentiane vg. | xix |
| xii | g | xiii | Bernardini | xx |
| i | A | xii | Helene regine | xxi |
| | b | xi | Iuliane marty. | xxii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ix | c | x | Deſiderii epi. | xxiii |
| | d | ix | Donatiani | xxiiii |
| xvii | e | viii | Urbani pape | xxv |
| vi | f | vii | Eleuthe. pape | xxvi |
| | g | vi | Joãnis pape | xxvii |
| xiiii | A | v | Germani e. | xxviii |
| iii | b | iiii | Maximi epi | xxix |
| | c | iii | Felicis pape | xxx |
| xi | d | Pridie | Petronille | xxxi |

¶ Au moys de May ou tout eſt en vigueur:
Auſtres ſix ans comparons par droicture
Qui trente ſont: fors eſt lhomme en valeur/
En ſa fleur/ force/ et beaulte de nature.

Iunius habet dies xxxi.

Luna vero habet xxx.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | e | Calendis | Nicomedis | i |
| xix | f | iiii | Marcel. & Pe. | ii |
| viii | g | iii | Pergẽtini mar. | iii |
| xvi | A | Pridie. | Quirini epiſco. | iiii |
| v | b | Nonis. | Bonifacii epiſco. | v |
| | c | viii | Philip. ex. vii. di. | vi |
| xiii | d | vii | Pauli epiſcopi | vii |
| ii | e | vi | Medardi | viii |
| | f | v | Primi & Feli. | ix |
| x | g | iiii | Landerici epiſco. | x |
| | A | iii | Barnabe apoſto. | xi |
| xviii | b | Pridie. | Baſilii Cyrini | xii |
| vii | c | Idibus | Antonii confeſſo. | xiii |
| | d | xviii | Cal. Iulii. Baſi. | xiiii |
| xv | e | xvii | Viti & Modeſti | xv |
| iiii | f | xvi | Cirici & Iuli. | xvi |
| | g | xv | Auitis abbat. | xvii |
| xii | A | xiiii | Marci | xviii |
| i | b | xiii | Geruaſii & pt. | xix |
| | c | xii | Sylverii pape | xx |
| ix | d | xi | Ianuarie virg. | xxi |
| | e | x | Paulini epiſco. | xxii |
| xvii | f | ix | Ioã. p̃. Vigil. | xxiii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| vi | g | viii | Nati. Joã. | xxiiii |
| | A | vii | Tranſ. Eligii. | xxv |
| xiiii | b | vi | Joã. & Pauli | xxvi |
| iii | c | v | Creſcen. epi. | xxvii |
| | d | iiii | Leonis. Vig. | xxviii |
| xi | e | iii | Petri & Pau. | xxix |
| | f | Pridie | Cõme. ſ. Pau. | xxx |

En Juing les biens commencent a meurir
Auſſi faict lhomme quant ha trenteſix ans:
Pource en tel temps doibt il femme querir
Se luy viuãt veult pourueoir ſes ẽfans.

Iulius habet dies xxxi.
Luna vero habet xxx.

| | | | |
|---|---|---|---|
| xix | g Calēdis | Martia.tp. | i |
| viii | A vi | Viſitatio Ma. | ii |
| | b v | Gregorii epi. | iii |
| xvi | c iiii | trāſſa. Marti. | iiii |
| v | d iii | Domitii mar. | v |
| | e Pridie. | octa. Pe. ꝛ Pau. | vi |
| xiii | f Nonis | trāſ. Tho. epiſ. | vii |
| ii | g viii | Procopii mar. | viii |
| | A vii | zenonis mar. | ix |
| x | b vi | Septē fratrū | x |
| | c v | trāſ. Benedicti. | xi |
| xviii | d iiii | Hermacore | xii |
| vii | e iii | Anacleti pape. | xiii |
| | f Pridie | Heraclii epi. | xiiii |
| xv | g Idibus | Quiriti ꝛ Iuli. | xv |
| iiii | A xvii | Calē. Auguſti. | xvi |
| | b xvi | Marine vir. | xvii |
| xii | c xv | Arnulphi epi. | xviii |
| i | d xiiii | Arſenii eremi. | xix |
| | e xiii | Margarete | xx |
| ix | f xii | Praxedis vir. | xxi |
| | g xi | Marie Mag. | xxii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| xvii | A | x | Apollinaris. | xxiii |
| vi | b | ix | Chriſtine vir. | xxiiii |
| | c | viii | Jacobi apo. | xxv |
| xiiii | d | vii | trāſla.ſ.mar. | xxvi |
| iii | e | vi | Trāſfig.dn̄i. | xxvii |
| | f | v | Anne m̄ris. | xxviii |
| xi | g | iiii | Marthe vir. | xxix |
| xix | A | iii | Abdō ⁊ Sen. | xxx |
| | b | P̄ridie | Germani ep. | xxxi |

Saige doibt eſtre ou ne ſera iamais
Lhomme quant il a quarante deux ans.
Lors ſa beaulte decline deſormais/
Comme en Juillet toutes fleurs ſont paſſans.

Auguſtus habet dies xxxi
Luna vero habet xxx

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| viii | c | Kalēdis· | ad vīcu.ſ.Petri | i |
| xvi | d | iiii | Stephani pape | ii |
| v | e | iii | Inuēti.ſ.ſtepha. | iii |
| | f | Pridie | Iuſtini p̄ſby. | iiii |
| xiii | g | Nonis. | Feſtum ni. | v |
| ii | A | viii | Sixti | vi |
| | b | vii | Donati epiſco. | vii |
| x | c | vi | Cyriaci | viii |
| | d | v | Vigilia. | ix |
| xviii | e | iiii | Laurētii mr. | x |
| vii | f | iii | Suſceptio coro. | xi |
| | g | Pridie. | Clare virginis | xii |
| xv | A | Idibus | Hyppolyti ꝛ ſo. | xiii |
| iiii | b | xix Cal·Septē | Vigilia | xiiii |
| | c | xviii | Aſſump. Mari | xv |
| xii | d | xvii | Rochi confeſſo. | xvi |
| i | e | xvi | octa.ſ.Lauren. | xvii |
| | f | xv | Agapiti mar. | xviii |
| ix | g | xiiii | Magni epiſco. | xix |
| | A | xiii | Bernardi abba. | xx |
| xvii | b | xii | Anaſtaſii mar. | xxi |
| vi | c | xi | Timoth. | xxii |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | d | x | Timo. & apol. xxiii |
| xviii | e | ix | Bartholom. xxiiii |
| iii | f | viii | Ludoui. regis xxv |
| | g | vii | zepherini pape xxvi |
| xi | A | vi | Georgii xxvii |
| xix | b | v | Auguſtini xxviii |
| | c | iiii | Deco. Joan. ba. xxix |
| viii | d | iii | Felicis & au. xxx |
| | e | Pridie | Felicis confe. xxxi |

¶ Les biens de terre commence ſen cueil
lir
En Aouſt: auſſi quant ſan quarãtehuyt
Lhomme approche: il doibt biẽs acquerir/
Pour ſouſtenir vieilleſſe qui le ſuyt.

September habet dies xxx.
Luna vero habet xxix

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| xvi | f | Kalendis | Egidii abbatis | i |
| v | g | iiii | Antonii mar. | ii |
| | A | iii | Lupi epiſcopi | iii |
| xiii | b | Pridie | Marcelli mart. | iiii |
| ii | c | Nonis | Victorini marty. | v |
| | d | viii | zacharie p̄phete | vi |
| x | e | vii | Clodoal. cōfeſ. | vii |
| | f | vi | Natiui. Marie | viii |
| xviii | g | v | Gorgonii mar. | ix |
| vii | A | iiii | Nicolai tolentini | x |
| | b | iii | Proti & Hyacinti | xi |
| xv | c | Pridie | Siri & iuuētii ep. | xii |
| iiii | d | Idibus. | Philippi epiſco. | xiii |
| | e | xviii | Kal. oc. Ex. ſ. crucis | xiiii |
| xii | f | xvii | Nicomedis | xv |
| i | g | xvi | Eufemie mart. | xvi |
| | A | xv | Lamberti epiſ. | xvii |
| ix | b | xiiii | Victoris & co. | xviii |
| | c | xiii | Januarii epiſco. | xix |
| xvii | d | xii | Vigilia | xx |
| vi | e | xi | Matthei apoſto. | xxi |
| | f | x | Mauritii cū ſ. | xxii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| xviii | g | ix | Tecle vir | xxiii |
| iii | A | viii | Felicis mar. | xxiiii |
| | b | vii | Cleophe | xxv |
| xi | c | vi | Cypriani | xxvi |
| xix | d | v | Coſme et da. | xxvii |
| | e | iiii | Exuperii ep. | xxviii |
| viii | f | iii | Michaelis | xxix |
| | g | Pridi | Hieronymi | xxx |

Auoir grands biēs ne fault point que
lhomme cuyde/
Sil ne les ha a cinquantequatre ans/
Non plus que ſil ha ſa granche vuyde
En Septembre/ plus de lan naura riens.

October habet dies xxxi.
Luna vero habet xxx.

| | | | |
|---|---|---|---|
| xvi | A Kalēdis | Remigii | i |
| v | b vi | Leodegarii. | ii |
| xiii | c v | Candidi mar. | iii |
| ii | d iiii | Franciſci | iiii |
| | e iii | Placidi cū ſo. | v |
| x | f Pridie | Fidis virg. | vi |
| | g Nonis. | Juſtine vir. | vii |
| xviii | A viii | Sacra. ſ. marci. | viii |
| vii | b vii | Dionyſii cū ſo. | ix |
| | c vi | Gereonis. | x |
| xv | d v | Firmini epi. | xi |
| iiii | e iiii | Euſtachii. | xii |
| | f iii | Gerardi | xiii |
| xii | g Pridie | Calixti pape. | xiiii |
| i | A Idibus | Antiochi epi. | xv |
| | b xvii Kal. | Nouē. Lucia. | xvi |
| ix | c xvi | Cerbonici epi. | xvii |
| | d xv | Luce euange. | xviii |
| xvii | e xiiii | Sautniani | xix |
| vi | f xiii | Capraſii mart. | xx |
| | g xii | Vrſule. | xxi |
| xiiii | A xi | Meloni epiſc. | xxii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| i | b | x | Theodori pſ. | xxiii |
| | c | ix | Magloriic. | xxiiii |
| xi | d | viii | Criſpi. ⁊ criſ. | xxv |
| xix | e | vii | Euariſti pa. | xxvi |
| | f | vi | Vigilia | xxvii |
| viii | g | v | Simo. ⁊ Ju. | xxviii |
| | A | iiii | zenobii preſby. | xxix |
| xvi | b | iii | Luciani | xxx |
| v | c | Pridie. | Quītini. Vig. | xxxi |

Au moys Doctobre figurant ſoixante ans/
Si lhomme eſt riche cela eſt a bõne heure
Des biens quil a nourriſt fẽme et enfãs:
Plus na beſoig quil trauaille ou labeure.

Nouember habet dies xxx.
Luna vero habet xxix.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | d | Calendis. | Feſtũ oĩm ſan. | i |
| xiii | e | iiii | Cõmemo. defun. | ii |
| ii | f | iii | Marcelli epi. | iii |
| | g | Pridie | Vital. ⁊ Agri | iiii |
| x | A | Nonis. | zacharie | v |
| | b | viii | Leonardi confeſ. | vi |
| xviii | c | vii | Herculani epiſ. | vii |
| vii | d | vi | Quatuor coro. | vii |
| | e | v | Maturini con. | ix |
| xv | f | iiii | Martini ⁊ vera. | x |
| iiii | g | iii | Martini ep. | xi |
| | A | Pridie | Martini. pa. | xii |
| xii | b | Idibus | Gendulphi | xiii |
| i | c | xviii | Caſ. Ioã. e. | xiiii |
| | d | xvii | Eugenii martyr | xv |
| ix | e | xvi | Eucharii epiſ. | xvi |
| | f | xv | Aniani epiſ. | xvii |
| xvii | g | xiiii | dedi. baſ. pe. p. | xviii |
| vi | A | xiii | Heliſabet reg. | xix |
| | b | xii | Edmũdi | xx |
| xiiii | c | xi | Pñtatio vgi. | xxi |
| iii | d | x | Cecilie vir. | xxii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | e | ix | Clemētis pa. | xxiii |
| xi | f | viii | Griſogoni m. | xxiiii |
| xix | g | vii | Catarine vir. | xxv |
| | A | vi | Genoueſe | xxvi |
| viii | b | v | Agricole | xxvii |
| | c | iiii | Proſperi epi. | xxviii |
| xvi | d | iii | Satur. Vigi. | xxix |
| v | e | Pridie | Andree apo. | xxx |

¶ Quant a ſoixante ſix ans vient/
Repreſentez par le moys de Nouembre
Vieulx ꝛ caduc/ ꝛ maladif deuient:
Lors de bien faire eſt tēps q̄l ſe remembre

December habet dies xxxi.
Luna vero habet xxx.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | f | Calendis. | Eligii epi. | i |
| xiii | g | iiii | Valerie vir. | ii |
| ii | A | iii | Caſſiani mar. | iii |
| x | b | Pridie. | Barbare vir. | iiii |
| | c | Nonis | Sabe abbatis | v |
| xviii | d | viii | Nicolai epi. | vi |
| vii | e | vii | Fare virginis | vii |
| | f | vi | Cõcep. Ma. | viii |
| xv | g | v | Prouoſi epi. | ix |
| iiii | A | iiii | Nicaſii cũ ſo. | x |
| | b | iii | Damaſi pape. | xi |
| xii | c | Pridie | Valerii abba. | xii |
| i | d | Idibus. | Lucie vir | xiii |
| | e | Cal. Janua. | Nicaſii. | xiiii |
| ix | f | xviii | Valeriani epiſc. | xv |
| | g | xvii | Meſerii epi. | xvi |
| xvii | A | xvi | Lazari | xvii |
| vi | b | xv | Antoniſſe vir. | xviii |
| | c | xiiii | Clementis. | xix |
| xiiii | d | xiii | Domitiani abb. | xx |
| iii | e | xii | Thome apoſt | xxi |
| | f | xi | Theodoſie. | xxii |
| xi | g | x | Seruuſi cõfeſ. | xxiii |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| xix | A | ix | Vigilia. | xxiiii |
| | b | viii | Natiuitas do. | xxv |
| viii | c | vii | Stephani | xxvi |
| | d | vi | Joan. aposto. | xxvii |
| xvi | e | v | Sctor. Inno. | xxviii |
| v | f | iiii | Thome epi. | xxix |
| | g | iii | Sabini epi. | xxx |
| xiii | A | Pridie | Silueſtri pa. | xxxi |

¶ Lan par Decembre prent fin et ſe termine/
Auſſi faict lhomme aux ans ſoixante & douze
Le plus ſouuent/car vieilleſſe le myne:
Lheure eſt venue q̄ pour partir ſe houſe.

¶ Jnitium ſancti euangelii ſe-
cundum Joannem. Gloria
tibi domine.

In principio erat verbum/ et verbū
erat apud deum/ et deus erat ver-
bum. Hoc erat in principio apud deum.
Omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo
factum eſt nihil. Quod factum eſt/ ī ipſo
vita erat/ ⁊ vita erat lux hominum: ⁊ lux
in tenebris lucet/ et tenebre eam non com-
prehenderunt. Fuit homo miſſus a deo:
cui nomen erat Joannes. Hic venit in te-
ſtimonium: vt teſtimonium perhiberet de
lumine/ vt omnes crederent per illum.
Nō erat ille lux: ſed vt teſtimonium per-
hiberet de lumine. Erat lux vera que illu
minat omnem hominem venientem in
hunc mundum. Jn mundo erat/ et mun-
dus per ipſum factus eſt: ⁊ mundus eum
non cognouit. Jn propria venit: ⁊ ſui eum
non receperunt. Quotquot autem recepe
runt eum: dedit eis poteſtatem filios dei
fieri/ his qui credūt in nomine eius. Qui
non ex ſanguinibus/ neque ex voluntate
carnis/ neque ex voluntate viri/ ſed ex deo

nati ſunt. Et verbū caro factū eſt: et habi/
tauit in nobis (Et vidim⁹ gloriā eius/ glo
riā quaſi vnigeniti/ a patre) plenū gratie
ꝛ veritatis. Deo gratias. Añ. Te inuoca/
mus/ te adoram⁹/ te laudamus/ te glorifi/
camus o beata trinitas. ℣. Sit nomen dñi
benedictū. ℟. Ex hoc nūc et vſqꝫ. Oratio

PRotector in te ſperātium deus/ ſi/
ne quo nihil eſt validū/ nihil ſan/
ctum: multiplica ſuper nos miſericordi/
am tuam/ Vt te rectore/ te duce ſic tranſea/
mus per bona temporalia/ Vt nō amitta/
mus eterna. Per Chriſtū do. no. Amen.

¶ Sequentia ſancti euangelii ſecundum
Lucam. Gloria tibi domine.

IN illo tempore/ Miſſus eſt ange/
lus Gabriel a deo ī ciuitatē Ga/
lilee cui nomen Nazaret/ ad virginē de/
ſponſatam viro cui nomen erat Joſeph/
de domo Dauid: et nomen virginis Ma/
ria. Et ingreſſus angelus/ ad eam dixit.
Aue gratia plena/ dominus tecum/ bene/
dicta tu in mulieribus. Que cum audiſ/
ſet/ turbata eſt in ſermone eius: ꝛ cogita/
bat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait āge/

lus ei. Ne timeas Maria/ inueniſti enim gratiam apud deū. Ecce concipies in vtero et paries filium: et vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus: et filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius/ et regnabit in domo Jacob in eternum/ et regni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco? Et reſpondēs angelus/ dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te/ et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod naſcetur ex te/ ſanctū: vocabitur filius dei. Et ecce Elizabeth cognata tua/ et ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis/ ſextus eſt illi que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autē Maria. Ecce ācilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Deo gratias.

¶ Sequentia/ ſancti euangelii ſecundum Mattheum. Gloria tibi domine.

Cum natus eſſet Jeſus in Bethleem Jude in diebus Herodis regis/ ecce Magi ab oriente venerunt Hieroſo-

lymam/ dicētes. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudeorum? Vidimus enim ſtellam eius in oriente/et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex/turbatus eſt/ ⁊ omnis Hieroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum ⁊ ſcribas populi/ ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iude. Sic enim ſcriptum eſt per prophetā/ Et tu Bethleē terra Iuda nequaꝗ̄ minima es in principibus Iuda. ex te enī exiet dux qui regat populū meū Iſrael. Tūc Herodes clam vocatis Magis/diligenter didicit ab eis tēpus ſtelle q̄ apparuit eis. et mittens illos in Bethleē/ dixit. Ite/ ⁊ interrogate diligenter de puero: ⁊ cum inueneritis/renunciate mihi/ vt ⁊ ego veniens adorem eum. Qui cum audiſſent regē/abierūt. Et ecce ſtella quā viderant in oriente/antecedebat eos/ vſqꝫ dū veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Vidētes autem ſtellam/gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerū cū Maria matre eius. ⁊ procidētes adorauerunt eum: ⁊ apertis theſau

tis ſuis obtulerũt ei munera: aurũ / thus /
⁊ myrrham. Et reſpõſo accepto in ſomnis
ne redirent ad Herodẽ / per aliam viam re-
uerſi ſunt in regionem ſuã. Deo gratias.

¶ Sequentia / ſancti euangelii ſecundum
Marcum. Gloria tibi domine.

IN illo tempore / Recumbentibus
vndecim diſcipulis apparuit illis
Ieſus: ⁊ exprobrauit incredulitatem eo-
rum ⁊ duritiam cordis / quia his qui vide
rant eum reſurrexiſſe / non crediderũt. Et
dixit eis. Euntes in mũdum vniuerſum /
predicate euangeliũ omni creature. Qui
crediderit ⁊ baptizatus fuerit / ſaluus erit.
Qui vero non crediderit / condemnabitur.
Signa autẽ eos qui crediderint / hec ſequẽ
tur / In nomine meo demonia eiiciẽt / Li-
guis loquentur nouis / Serpentes tollent.
Et ſi mortiferũ qđ biberit / nõ eis nocebit.
Sup egros manus imponẽt: ⁊ bene habe-
bũt. Et dominus quidẽ Ieſus poſtq̃ locu
tus eſt eis / aſſumpt⁹ eſt ĩ celũ: ⁊ ſedit a de-
xtris dei. Illi autẽ ꝑfecti / predicauerunt
vbiq3: dño cooperãte / ⁊ ſermonem confir-
mante / ſequentibus ſignis. Deo gratias.

## Dominica in ramis palmarum.

¶ Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Mattheum. xxvi. Cap.

IN illo tempore/ Dixit Jeſus diſci/
pulis ſuis. Scitis quia poſt biduũ
paſcha fiet/ ⁊ filius hominis tradetur vt
crucifigatur. Tunc congregati ſunt prĩ/
cipes ſacerdotũ ⁊ ſeniores populi in atriũ
prĩcipis ſacerdotum/ qui dicebatur Cai/
phas: ⁊ conſilium fecerunt vt Jeſũ dolo
tenerent/ ⁊ occiderent. Dicebãt autẽ/ Non
in die feſto/ ne forte tumultus fieret ĩ po/
pulo. Cum autem Jeſus eſſet ĩ Betha/
nia in domo Simonis leproſi/ acceſſit ad
eum mulier habens alabaſtrum vnguẽti
precioſi/ ⁊ effudit ſuper caput ipſi⁹ recũ/
bentis. Vidẽtes autem diſcipuli/ ĩdigna/
ti ſunt/ dicẽtes. Vt quid perditio hec? po/
tuit enim iſtud venundari multo/ ⁊ dari
pauperibus. Sciens autem Jeſus/ ait il/
lis. Quid moleſti eſtis huic mulieri? o/
pus enim bonũ operata eſt in me. nam
ſemper pauperes habetis vobiſcum: me
autem non ſemper habetis. Mittens enĩ
hec vnguẽtũ hoc in corpus meũ: ad ſepe/

ſiendū me/ fecit. Amen dico vobis/ vbicū/
que predicatum fuerit hoc euangelium in
toto mūdo/ dicetur ⁊ quod hec fecit/ ī me/
moriam eius. Tunc abiit vnus de duo/
decim q̄ dicitur Judas Jſcariotes/ ad pri/
cipes ſacerdotum: ⁊ ait illis. Quid vultis
mihi dare/ ⁊ ego vobis eum tradam? At
illi conſtituerunt ei triginta argenteos.
Et exīde querebat oportunitatem vt eum
traderet. Prima autem die azimorum ac/
ceſſerunt diſcipuli ad Jeſum/ dicētes. Vbi
vis paremꝰ tibi comedere paſcha? At Je/
ſus dixit. Jte in ciuitatem ad quendam:
⁊ dicite ei. Magiſter dicit/ Tēpus meū
prope eſt/ apud te facio paſcha cum diſci/
pulis meis. Et fecerūt diſcipuli ſicut con
ſtituit illis Jeſus: ⁊ parauerunt paſcha.
Veſpere autē facto/ diſcūbebat cum duo/
decim diſcipulis ſuis. Et edētibus illis/
dixit. Amē dico vobis quia vnus veſtrū
me traditurus eſt. Et contriſtati valde/
ceperūt ſinguli dicere. Nunquid ego ſum
domine? At ipſe reſpōdens/ ait. Qui in/
tingit mecum manum ī paropſide/ hic me
tradet. Filius quidem hominis vadit/ ſi/

cut ſcriptũ eſt de illo. Ve autẽ homini illi
per quem filius hominis tradetur. bonum
erat ei/ ſi natus non fuiſſet homo ille. Re/
ſpondens autem Judas qui tradidit eum/
dixit. Nunquid ego ſum rabbi? Ait illi.
Tu dixiſti. Cenantibus autẽ eis/ accepit
Jeſus panẽ/ ⁊ benedixit/ ac fregit: deditqꝫ
diſcipulis ſuis/ ⁊ ait. Accipite ⁊ comedite:
hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicẽ
gratias egit: ⁊ dedit illis/ dicens. Bibite
ex hoc omnes. hic eſt enim ſanguis meus
noui teſtamẽti/ q̇ pro multis effundetur
in remiſſionem peccatorum. Dico autem
vobis/ non bibã amodo de hoc genimine
vitis vſque in diem illum cũ illud bibã vo
biſcũ nouum ĩ regno patris mei. Et hy/
mno dicto/ exierũt in mõtẽ oliueti. Tũc
dicit illis Jeſus. Omnes vos ſcandalum
patiemini in me/ in iſta nocte. Scriptum
eſt enim/ Percutiam paſtorẽ/ ⁊ diſpergẽ/
tur oues gregis. Poſtquam autem reſur/
rexero/ precedam vos in Galileam. Re/
ſpõdens autem Petrus/ ait illi. Et ſi o/
mnes ſcandalizati fuerĩt in te/ ego nun/
quã ſcandalizabor. Ait illi Jeſus. Amen

dico tibi quia ĩ hac nocte antequã gallus
cantet / ter me negabis. Ait illi Petrus.
Etiam ſi oportuerit me mori tecum / non
te negabo. Similiter ꝛ omnes diſcipuli di
xerunt. Tunc venit Jeſus cum illis ĩ vil-
lam que dicitur Gethſemani: et dixit di-
ſcipulis ſuis. Sedete hic / donec vadã il-
luc ꝛ orem. Et aſſumpto Petro ꝛ duobus
filiis zebedei / cepit cõtriſtari ꝛ meſtus eſ-
ſe. Tũc ait illis. Triſtis eſt anima mea
vſque ad mortem. ſuſtinete hic / ꝛ vigila-
te mecum. Et progreſſus puſillum / proci
dit in faciem ſuam orans / ꝛ dicens. Pater
mi / ſi poſſibile eſt / trãſeat a me calix i-
ſte. Veruntamen non ſicut ego volo / ſed ſi
cut tu. Et venit ad diſcipulos ſuos / ꝛ iue
nit eos dormiẽtes: ꝛ dicit Petro. Sic non
potuiſtis vna hora vigilare mecũ: Vigi-
late / ꝛ orate vt nõ ĩtretis in tẽtationẽ. ſpi
ritꝰ quidẽ prõptꝰ eſt: caro autẽ / infirma.
Iterũ ſecundo abiit: ꝛ orauit / dicẽs. Pater
mi / ſi nõ poteſt hic calix trãſire niſi bibã
illũ: fiat voluntas tua. Et venit ꝛ iterũ
inuenit eos dormientes. erant enim oculi
eorum grauati. Et relictis illis / iterum

abiit/ ⁊ orauit tertio/ eũdem ſermonem di-
cens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos/ ⁊ di-
cit illis. Dormite iam ⁊ requieſcite. ecce ap-
propinquauit hora/ ⁊ filius hominis tra-
detur in manus peccatorum. Surgite/ ea-
mus: ecce appropinquauit qui me tradet.
Adhuc eo loquẽte/ ecce Judas vnꝰ de du-
odecim venit/ et cum eo turba multa cum
gladiis ⁊ fuſtibus/ miſſi a principibus ſa-
cerdotum et ſenioribus populi. Qui au-
tem tradidit eum/ dedit illis ſignum/ di-
cens. Quemcunque oſculatus fuero/ ipſe
eſt: tenete eum. Et confeſtim accedens ad
Jeſum/ dixit. Aue rabbi. Et oſculatus eſt
eum. Dixitqꝫ illi Jeſus. Amice/ ad quid
veniſti? Tunc acceſſerunt/ ⁊ manus inie-
cerunt in Jeſum: ⁊ tenuerunt eum. Et ec-
ce vnus ex his qui erant cum Jeſu/ extẽ-
dẽs manum/ exemit gladium ſuũ/ et per-
cutiens ſeruum prĩcipis ſacerdotum/ am-
putauit auriculam eius. Tũc ait illi Je-
ſus. Conuerte gladium tuum in locum
ſuum. omnes enim qui acceperint gladi-
um/ gladio peribunt. An putas quia non
poſſum rogare patrem meum: ⁊ exhibebit

mihi modo plus quam duodecim legio-
nes angelorum? Quomodo ergo imple-
buntur ſcripture / Quia ſic oportet fieri?
In illa hora dixit Jeſus turbis. Tãquã
ad latronem exiſtis cum gladiis ⁊ fuſti-
bus comprehẽdere me: quotidie apud vos
ſedebam docẽs in templo: ⁊ non me tenu-
iſtis. Hoc autẽ totum factum eſt / Vt adi-
plerentur ſcripture prophetarum. Tunc
diſcipuli oẽs / relicto eo / fugerunt. At illi
tenẽtes Jeſum / duxerũt ad Caiphã prĩ-
cipem ſacerdotũ / Vbi ſcribe ⁊ ſeniores cõ-
uenerant. Petrus autem ſequebatur eum
a longe / Vſque ĩ atrium prĩcipis ſacerdo-
tum. Et ingreſſus intro / ſedebat cum mi-
niſtris: Vt videret finem. Principes autẽ
ſacerdotum ⁊ omne concilium querebãt
falſum teſtimonium contra Jeſum / Vt eũ
morti traderent: ⁊ non inuenerunt / cum
multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime
autem venerunt duo falſi teſtes: ⁊ dixe-
runt. Hic dixit / Poſſum deſtruere templũ
dei / ⁊ poſt triduum reedificare illud. Et
ſurgẽs prĩceps ſacerdotum / ait illi. Nihil
reſpõdes ad ea que iſti aduerſum te teſti-

ficantur? Jeſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi. Adiuro te per deum viuum / Vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus fili⁹ dei. Dicit illi Jeſus. Tu dixiſti. Veruntamen dico vobis / amodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis dei / ⁊ venientem in nubibus celi. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua / dicens. Blaſphemauit. quid adhuc egemus teſtibus? ecce nunc audiſtis blaſphemiam. quid vobis videtur? At illi reſpondentes / dixerunt. Reus eſt mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: ⁊ colaphis eum ceciderūt. alii autem palmas in faciem eius dederūt / dicētes / Prophetiſa nobis Chriſte / quis eſt qui te percuſſit? Petrus vero ſedebat foris / in atrio: ⁊ acceſſit ad eum vna ancilla / dicens. Et tu cum Jeſu Galileo eras. At ille negauit coram omnibus / dicens. Neſcio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam / vidit eum alia ancilla: et ait his qui erant ibi. Et hic erat cum Jeſu Nazareno. Et iterū negauit cum iuramento / Quia non noui hominem. Et poſt puſillum acceſſerunt

qui ſtabant: ⁊ dixerunt Petro. Vere ⁊ tu
ex illis es. nam ⁊ loquela tua manifeſtū
te facit. Tunc cepit deteſtari ⁊ iurare/ q̇a
non nouiſſet hominē. Et continuo gal-
lus cātauit. Et recordat⁹ eſt Petrus ver-
bi Jeſu qui dixerat illi / Pri⁹ quā gallus
cātet/ter me negabis. Et egreſſus foras/
fleuit amare. Mane autē facto cōſilium
inierunt omnes principes ſacerdotum ⁊
ſeniores populi aduerſus Jeſum: vt eum
morti traderent. Et vinctum adduxerūt
eum: ⁊ tradiderūt Pontio Pilato preſidi.
Tunc vidēs Judas qui eū tradidit/quod
damnatus eſſet: penitentia ductus/retu-
lit triginta argenteos principibus ſacer-
dotum ⁊ ſenioribus / dicens. Peccaui tra
dens ſanguinem iuſtum. At illi dixerūt
Quid ad nos? tu videris. Et proiectis ar-
genteis in templo/receſſit: ⁊ abiēs/laqueo
ſe ſuſpendit. Prīcipes autem ſacerdotum
acceptis argēteis dixerunt. Non licet eos
mittere ī corbanan: quia preciū ſangui-
nis eſt. Conſilio autem inito / emerūt ex
illis agrum figuli/in ſepulturam pere-
grinorum. Propter hoc vocatus eſt ager

ille/aceldema/hoc eſt/ager ſanguinis/ vſ-
que in hodiernū diem. Tunc impletū eſt
quod dictum eſt per Hieremiam prophe-
tam/dicētem. Et acceperūt triginta ar-
gēteos preciū appreciati / quem apprecia-
uerūt a filiis Iſrael: ⁊ dederūt eos i agrū
figuli/ſicut conſtituit mihi dominus. Ie-
ſus autem ſtetit ante preſidem: ⁊ interro-
gauit eum preſes/dicens. Tu es rex Iu-
deorum? Dicit illi Ieſus / Tu dicis. Et
cum accuſaretur a prīcipibus ſacerdotū ⁊
ſenioribus/nihil reſpondit. Tunc dicit illi
Pilatꝰ. Non audis quāta aduerſū te dicūt
teſtimonia? Et non reſpōdit ei ad vllum
verbū: ita vt miraretur preſes vehemēter.
Per diem autē ſolennem cōſueuerat pre-
ſes populo dimittere vnum vinctum quē
voluiſſent. habebat autem tunc vinctum
inſignem/qui dicebatur Barabbas. Cō-
gregatis ergo illis/ dixit Pilatus. Quem
vultis dimittam vobis Barabban/an Ie-
ſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim
quod per inuidiam tradidiſſet eum. Sedē-
te autem illo pro tribunali / miſit ad eum
vxor eius / dicens. Nihil tibi et iuſto illi.

multa enim paſſa ſum hodie per viſum
propter eum. Principes autem ſacerdotũ
et ſeniores / perſuaſerunt populo vt pete-
rent Barabban / Jeſum vero perderent.
Reſpondens autem preſes / ait illis. Quē
vultis vobis de duobus dimitti? At illi di
xerunt / Barabban. Dicit illis Pilatus.
Quid igitur faciam de Jeſu qui dicitur
Chriſtus? Dicunt omnes / Crucifigatur.
Ait illis preſes. Quid em̄ mali fecit? At il
li magis clamabāt / dicētes. Crucifigat᷑.
Videns autem Pilatus quia nihil profice
ret / ſed magis tumultus fieret: accepta a-
qua lauit manus coram populo / dicens.
Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius
Vos videritis. Et reſpondens vniuerſus
populus / dixit. Sanguis eius ſuper nos / ⁊
ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis
Barabbā: Jeſum autem flagellatum tra
didit eis vt crucifigeretur. Tunc milites
preſidis ſuſcipientes Jeſum in pretorio / cō
gregauerunt ad eũ vniuerſam cohortem.
⁊ exuentes eum clamydem coccineam cir
cundederunt ei: et plectentes coronam de
ſpinis / poſuerunt ſuper caput eius / et a-

rundinem in dextera eius. et genu flexo ante eum/ illudebant ei/ dicentes. Aue rex Iudeorum. Et expuentes in eum/ acceperunt arundinem/ et percutiebant caput eius. Et poſtquam illuſerunt ei/ exuerunt eum clamydem: et induerunt eum veſtimentis eius/ et duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem/ inuenerunt hominem Cyreneum/ nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerūt ī locum qui dicitur Golgotha/ quod eſt Caluarie locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum guſtaſſet/ noluit bibere. Poſtquam autem crucifixerunt eum/ diuiſerunt veſtimenta eius/ ſortem mittentes: vt impleretur quod dictum eſt per ꝓphetam/ dicentem/ Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et ſedentes ſeruabant eum. Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſiꝰ ſcriptam/ Hic eſt Ieſus rex Iudeorum. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus a dextris/ et vnꝰ a ſiniſtris. Pretereuntes autem blaſphemabāt eum:

mouentes capita ſua/ ⁊ dicentes. Vah qui deſtruis templum dei/ ⁊ ĩ triduo illud reedificas: ſalua temetipſum. ſi filius dei es deſcende de cruce. Similiter ⁊ prĩcipes ſacerdotum illudentes cum ſcribis ⁊ ſenioribus dicebant/ Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. ſi rex Iſrael eſt/ deſcendat nunc de cruce/ ⁊ credimus ei. cõfidit in deo: liberet nunc eum ſi vult. dixit enim/ Quia filius dei ſum. Idipſum autem ⁊ latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. A ſexta autem hora/ tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terram vſque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Jeſus voce magna/ dicens. Eli/ eli lamma azabtani? hoc eſt/ Deus meus/ deus meus/ vt quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes ⁊ audientes/ dicebant. Eliam vocat iſte. Et continuo currens vnus ex eis/ acceptam ſpongiam impleuit aceto: et impoſuit arundini/ et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine/ videamus an veniat Elias liberans eum. Jeſus autem iterum clamans voce magna/ emiſit ſpiritum.

✠ Et ecce velū tēpli ſciſſū eſt ī duas par
tes/ a ſummo vſqꝫ deorſum. ⁊ terra mota
eſt/ ⁊ petre ſciſſe ſūt/ ⁊ monumēta aperta
ſunt: ⁊ multa corpora ſanctorū qui dormi
erāt/ ſurrexerūt. Et exeūtes de monumē
tis poſt reſurrectionē eius/ venerūt in ſan
ctā ciuitatē: ⁊ apparuerūt multis. Centu
rio autem/ ⁊ qui cū eo erāt cuſtodiētes Je
ſum/ viſo terre motu ⁊ his que fiebant/ ti⸗
muerūt valde/ dicētes. Vere filius dei e⸗
rat iſte. Erant autem ibi mulieres multe
a longe/ que ſecute erant Jeſum a Gali⸗
lea/ miniſtrātes ei: īter quas erat Maria
Magdalene/ ⁊ Maria Jacobi ⁊ Joſeph
mater ⁊ mater filiorū zebedei. Cū autem
ſero factū eſſet/ venit qdā homo diues ab
Arimathea/ nomine Joſeph/ q̄ ⁊ ipſe diſci
pulus erat Jeſu. hic acceſſit ad Pilatum/
⁊ petiit corpus Jeſu. Tūc Pilatus iuſſit
reddi corpus. Et accepto corpore/ Joſeph
inuoluit illud in ſindone munda: ⁊ poſu⸗
it illud in monumēto ſuo nouo quod ex⸗
ciderat in petra. Et aduoluit ſaxum ma⸗
gnum ad oſtiū monumenti/ ⁊ abiit. Erat
autem ibi Maria Magdalene/ ⁊ altera

Maria : ſedentes contra ſepulchrum .

Euangelium.

Altera autē die/ q̄ eſt poſt paraſceuen/ conuenerūt principes ſacerdotum ⁊ phariſei ad Pilatū/ dicētes. Domine recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuens/ Poſt tres dies reſurgā. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertiū: ne forte veniāt diſcipuli eius ⁊ furentur eum/ ⁊ dicant plebi/ Surrexit a mortuis . ⁊ erit nouiſſimꝰ error peior priore . Ait illis Pilatus . Habetis cuſtodiā/ ite/ cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autē abeuntes munierunt ſepulchrum: ſignātes lapidem cum cuſtodibus. Die martis

¶ Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Marcum. xiiii. Cap.

In illo tēpore / Erat paſcha ⁊ azima poſt biduum: ⁊ querebant ſūmi ſacerdotes ⁊ ſcribe quomodo eum dolo tenerent ⁊ occiderent . Dicebant autē/ Nō in die feſto: ne forte tumultus fieret ī populo. Et cum eſſet Bethanie ī domo Simonis Leproſi/ ⁊ recumberet / Venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi

piſtice precioſi:et fracto alabaſtro effudit
ſuper caput eius. Erant autem quidam ī-
digne ferētes intra ſemetipſos/ ⁊ dicentes.
Vt quid ꝑditio iſta vnguenti facta eſt? Po
terat enī vnguentū iſtud venūdari plꝰ q̄
trecētis denariis/ ⁊ dari pauperibꝰ. Et fre-
mebāt in eā/ Jeſus autē dixit. Sinite eā.
quid illi moleſti eſtis? Bonū opꝰ operata
eſt in me/ ſemper enī pauperes habetis vo
biſcū/ ⁊ cū volueritis poteſtis illis benefa-
cere: me autē nō ſemper habetis. Quod ha
buit/ hec fecit: preuenit vngere corpꝰ me-
um in ſepulturam. Amen dico vobis/ vbi-
cunque predicatum fuerit euangelium i-
ſtud in vniuerſo mundo/ et quod fecit hec
narrabitur in memoriam eius. Et Judas
Iſcariotes vnus de duodecim abiit ad ſū-
mos ſacerdotes/ vt proderet eū illis. Qui
audientes gauiſi ſunt: et promiſerūt ei pe
cuniam ſe daturos. Et querebat quomodo
illum oportune traderet. Et primo die a-
zymorum quando paſcha immolabant/ di
cunt ei diſcipuli. Quo vis eamꝰ/ ⁊ paremꝰ
tibi vt manduces paſcha? Et mittit duos
ex diſcipulis ſuis: ⁊ dicit eis. Ite in ciuita-

tem : et occurret vobis homo lagenam a-
que baiulans. ſequimini eum: ⁊ quocunqȝ
introierit/ dicite domino domus/ quia ma
giſter dicit. Ubi eſt refectio mea/ ubi pa-
ſcha cum diſcipulis meis manducem? Et
ipſe vobis demonſtrabit cenaculum gran
de ſtratum: ⁊ illic parate nobis. Et abie-
runt diſcipuli eius/ ⁊ venerunt in ciuitatē:
⁊ inuenerunt ſicut dixerat illis/ ⁊ paraue-
rūt paſcha. Veſpere autem facto/ venit cū
duodecim. Et diſcumbentibus eis ⁊ man-
ducantibus/ ait Jeſus. Amen dico vobis
quia vnus ex vobis tradet me qui mandu
cat mecum. At illi ceperunt contriſtari/ et
dicere ei ſingulatim. Nūquid ego? Qui a-
it illis. Unꝰ ex duodecim/ qui intingit me
cum manum in catino/ ⁊ filiꝰ quidem ho-
minis vadit ſicut ſcriptum eſt de eo: Ve au
tem homini illi per quem filius hominis
tradetur. bonum erat ei: ſi non eſſet natus
homo ille. Et manducantibus illis/ acce-
pit Jeſus panem: ⁊ benedicens fregit/ ⁊ de
dit eis/ ⁊ ait illis. Sumite/ hoc eſt corpus
meum. Et accepto calice/ gratias agēs de
dit eis. et biberunt ex illo omnes. Et ait il-

lis. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamen-
ti/qui pro multis effundetur. Amen dico
vobis quia iam nō bibam de genimine vi
tis/vſque in diem illum/cum illud bibam
nouum in regno dei. Et hymno dicto exie
runt in montem oliuarum. Et ait eis Je
ſus. Omnes ſcandalizabimini in me in
nocte iſta: quia ſcriptum eſt/ Percutiā pa
ſtorem: ⁊ diſpergentur oues. Sed poſtquā
reſurrexero/precedam vos in Galileam.
Petrus autem ait illi. Et ſi omnes ſcanda
lizati fuerint: ſed non ego. Et ait illi Je-
ſus. Amen dico tibi/quia tu hodie in nocte
hac priuſquam gallus vocem bis dederit/
ter me negaturus. At ille amplius loque
batur/Et ſi oportuerit me ſimul commori
tibi/non te negabo. Similiter autem et o-
mnes dicebant. Et veniūt in predium cui
nomen Gethſemani. Et ait diſcipulis
ſuis. Sedete hic donec orem. Et aſſumit
Petrum et Jacobum et Joannem ſecum:
et cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tri
ſtis eſt anima mea vſque ad mortem. ſu-
ſtinete hic/ et vigilate. Et cum proceſſiſ-
ſet paululum/procidit ſuper terram: et o-

rabat vt ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hora/
et dixit. Abba pater/omnia tibi poſſibilia
ſunt: tranſfer calicem hunc a me. ſed non
quod ego volo/ſed quod tu. Et venit: ⁊ in/
uenit eos dormiẽtes. Et ait Petro. Simō/
dormis? non potuiſti vna hora vigilare?
Vigilate et orate vt non intretis in tenta/
tionē. ſpiritus quid ē prōptꝰ eſt: caro vero
infirma. Et iterū abiens orauit/ eundē ſer
monē dicēs. Et reuerſus: denuo īuenit e/
os dormiētes (erāt enī oculi eorum graua
ti) et ignorabant quid reſpōderent ei. Et ve
nit tertio/ et ait illis. Dormite iam: et re/
quieſcite. Sufficit. Venit hora/ ecce filiꝰ ho
minis tradetur in manus peccatorum.
Surgite/ eamus. ecce/ qui me tradet/ prope
eſt. ⁊ adhuc eo loquente/ venit Judas iſca
riotes vnus de duodecim/ et cum eo turba
multa cum gladiis et lignis a ſummis ſa
cerdotibus et ſcribis et ſenioribus. Dede/
rat autem traditor eiꝰ ſignum eis dicens.
Quemcunque oſculatus fuero ipſe eſt: te/
nete eum/ ⁊ ducite caute. Et cum veniſſet:
ſtatim accedēs ad eum/ ait. Rabbi. et oſcu
latus eſt eum. At illi/ manus iniecerunt

in Ieſum: et tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circunſtantibus / educens gladium percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis: et amputauit illi auriculam. Et reſpondens Ieſus / ait illis. Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis et lignis comprehendere me? Quotidie eram apud vos in templo docens: et non me tenuiſtis. Sed vt adimpleantur ſcripture. Tunc diſcipuli eius relinquentes eum / omnes fugerūt. Adoleſcens autē quidā ſequebatur eū amictus ſindone ſuper nudo: et tenuerunt eum. At ille reiecta ſindone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem: et conuenerunt omnes ſacerdotes et ſcribe et ſeniores. Petrus autem a longe ſecutus eſt eum vſque intro ĩ atrium ſummi ſacerdotis: et ſedebat cum miniſtris ad ignem / et calefaciebat ſe. Summi vero ſacerdotes et omne conciliū querebant aduerſus Ieſum teſtimonium / vt eum morti traderent: nec inueniebant. Multi autem teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum: et conuenientia teſtimonia non erant. Et quidam ſurgen-

tes/ falſum teſtimonium ferebant aduer/
ſus eum dicentes/ Quoniã nos audiuimꝰ
eum dicentem/ Ego diſſoluam templum
hoc manufactum/ et poſt triduum aliud
non manufactum edificabo. Et non erat
conueniens teſtimonium illorum. Et ex/
urgens ſummus ſacerdos in medium: in/
terrogauit Jeſum/ dicens. Non reſpondes
quicquã ad ea que tibi obiiciuntur ab his?
Ille autem tacebat: et nihil reſpõdit. Rur
ſum ſummus ſacerdos interrogabat eum:
et dixit ei. Tu es Chriſtus filius dei be/
nedicti? Jeſus autem dixit illi. Ego ſum.
et videbitis filiũ hominis ſedentem a dex
tris virtutis dei et venientem cum nubibꝰ
celi. Summus autẽ ſacerdos ſcindens ve
ſtimenta ſua/ ait. Quid adhuc deſidera/
mus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. quid
vobis videtur? Qui omnes cõdemnaue/
runt eum eſſe reum mortis. Et ceperunt
quidam conſpuere eum/ et velare faciem
eiꝰ/ ⁊ colaphis eũ cedere/ ⁊ dicere ei/ Prophe
tiza. ⁊ miniſtri alapis eũ cedebant. Et cũ
eſſet Petrus ĩ atrio deorſum/ venit vna ex
ancillis ſummi ſacerdotis. et cum vidiſ/

ſet Petrum calefacientem ſe/ aſpiciens illum/ ait. Et tu cum Jeſu Nazareno eras? At ille negauit/ dicens. Neque ſcio/ neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atriū: et gallus cantauit. Rurſus autem cum vidiſſet illum ancilla/ cepit dicere circūſtantibꝰ/ Quia hic ex illis eſt. At ille iterum negauit. Et poſt puſillū rurſum qui aſtabant dicebāt Petro. Vere ex illis es. nam et Galileus es. Ille autem cepit anathematizare et iurare/ Quia neſcio hominem iſtum quem dicitis. Et ſtatim gallus iterum cātauit. Et recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Jeſus/ Priuſq̄ gallus cantet bis ter me negabis. Et cepit flere. Et confeſtim/ mane conſilium faciētes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus et ſcribis et vniuerſo concilio/ vincientes Jeſum/ duxerunt et tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. Tu es rex Judeorum? At ille reſpondens ait illi. Tu dicis. Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autem rurſum interrogauit eum/ dicens. Non reſpondes quicquam? Vide in quantis te

accuſant. Jeſus autem amplius nihil re-
ſpondit: ita vt miraretur Pilatus. Per di-
em autem feſtum ſolebat dimittere illis
vnum ex vinctis quemcunque petiſſent.
Erat autem qui dicebatur Barabbas/ qui
cum ſeditioſis erat vinctus/ qui in ſediti-
one fecerat homicidium. Et cum aſcēdiſ-
ſet turba/ cepit rogare/ ſicut ſemper facie-
bat illis. Pilatus autem reſpondit eis/ et
dixit. Vultis dimittam vobis regem Ju-
deorum? Sciebat enim quod per inuidi-
am tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes.
Pōtifices autem concitauerunt turbam/
vt magis Barabban dimitteret eis. Pi-
latus autem iterum reſpondens/ ait illis.
Quid ergo vultis faciā regi Judeorum?
At illi iterum clamauerunt/ Crucifige
eum. Pilatus vero dicebat illis. Quid e-
nim mali fecit? At illi magis clamabāt/
Crucifige eum. Pilatus autem volens
populo ſatiſfacere/ dimiſit illis Barabbā:
et tradidit Jeſum flagellis ceſum vt cru-
cifigeretur. Milites autem duxerunt
eum in atrium pretorii/ et conuocant to-
tam cohortem: et induunt eum purpu-

ra/ et imponunt ei plectentes ſpineam co-
ronam. Et ceperunt ſalutare eum/ Aue
rex Iudeorum. Et percutiebant caput e-
ius arundine: et conſpuebant eum. et po-
nentes genua/ adorabant eum. Et poſt-
quam illuſerunt ei/ exuerunt illum pur-
pura/ ⁊ induerunt eum veſtimentis ſuis:
et educunt illum vt crucifigerēt eum. Et
angariauerunt pretereuntem quempi-
am Simonem Cyreneum venientem de
villa/ patrem Alexandri ⁊ Rufi: vt tolle
ret crucem eius. Et perducunt illum in
Golgotha locum: quod eſt interpreta-
tum/ Caluarie locus. Et dabant ei bibe-
re myrrhatum vinum: et non accepit.
Et crucifigentes eum/ diuiſerunt ve-
ſtimenta eius: mittentes ſortem ſuper
eis quis quid tolleret. Erat autem ho-
ra tertia: et crucifixerunt eum. Et e-
rat titulus cauſe eius inſcriptus. Rex
Iudeorum. Et cum eo crucifigunt du-
os latrones: vnum a dextris/ ⁊ alium
a ſiniſtris eius. Et impleta eſt ſcriptu-
ra que dicit/ Et cum iniquis reputatus
eſt. Et pretereūtes blaſphemabāt eū/ mo

uentes capita ſua/ et dicētes. Vah qui de-
ſtruis templum dei/ et in tribus dieb⁹ re-
edificas: ſaluum fac temetipſum deſcen-
dens de cruce. Similiter ꝛ ſūmi ſacerdo-
tes illudentes/ ad alterutrum cum ſcribis
dicebant. Alios ſaluos fecit/ ſeipſum non
poſt ſaluū facere. Chriſtus rex Iſrael
deſcendat nunc de cruce: vt videamus ꝛ
credamus. Et q̇ cum eo crucifixi erant/
cōuitiabātur ei. Et facta hora ſexta/ te-
nebre facte ſunt per totam terram vſque
in horam nonā. Et hora nona exclama-
uit Ieſus voce magna/ dicens. Eloi/ eloi
lāma azabtani: quod eſt īterpretatū/ De-
us meus/ deus meus/ vt q̇d dereliquiſti
me: Et quidā de circunſtantibus audiē-
tes/ dicebant. Ecce/ Eliam vocat. Currēs
autem vnus/ ꝛ implens ſpongiam aceto
circumponenſque calamo/ potum dabat
ei/ dicēs. Sinite: videamus ſi veniat Eli-
as ad deponendū eum. Ieſus autē emiſ-
ſa voce magna expirauit. Et velum tē-
pli ſciſſū eſt in duo/ a ſummo vſque de-
orſum. Videns autem Centurio qui ex
aduerſo ſtabat/ quia ſic clamans expi-

raſſet: ait. Vere hic homo/ filius dei erat.
Erāt autem ⁊ mulieres de longe aſpici/
entes: inter quas erat Maria Magda/
lene/ ⁊ Maria Jacobi minoris ⁊ Joſeph
mater/ ⁊ Salome/ ⁊ cum eſſet in Galilea
ſequebantur eum/ ⁊ miniſtrabant ei/ ⁊ a/
lie multe que ſimul cum eo aſcenderant
Hieroſolymam. Euangelium.

Et cum iam ſero eſſet factum( qa
erat paraſceue quod eſt ante ſab/
batū) venit Joſeph ab Arimathea nobi/
lis decurio/ qui ⁊ ipſe erat expectans re/
gnū dei. Et audacter ītroiuit ad Pilatū/
⁊ petiit corpꝰ Jeſu. Pilatꝰ autē miraba/
tur ſi iam obiiſſet. Et accerſito cēturione/
interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet.
Et cum cognouiſſet a centurione: dona/
uit corpus/ Joſeph. Joſeph autem mer/
catus ſindonem/ ⁊ deponens eum inuol/
uit ſindone/ ⁊ poſuit eum in monumen/
to quod erat exciſum de petra/ ⁊ aduoluit
lapidem ad oſtium monumenti.

Die mercurii

## ❡ Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Lucam. xxii. Cap.

IN illo tempore/ Appropinquabat dies feſtus azimorum/ qui dicitur paſcha: ⁊ querebant prīcipes ſacerdotum ⁊ ſcribe quomodo eum īterficerēt / timebant vero plebem. Intrauit autem ſatanas in Judam qui cognominabatur Iſcariotes/ vnum de duodecim: ⁊ abiit ⁊ locutus eſt cum principibus ſacerdotum ⁊ magiſtratibꝰ quemadmodum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt: et pacti ſunt pecuniā illi dare. Et ſpopōdit. Et querebat oportunitatē: vt traderet illum ſine turbis. Venit autē dies azymorū/ in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit Petrum ⁊ Joannem/ dicens. Euntes parate nobis paſcha/ vt māducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aque portans: ſequimini eum in domum in quam intrat/ et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter/ Vbi eſt diuerſorium

Vbi paſcha cum diſcipulis meis mandu-
cem? Et ipſe oſtēdet vobis cenaculū ma-
gnum ſtratum: ⁊ ibi parate. Euntes autē
inuenerunt ſicut dixit illis / ⁊ parauerūt
paſcha. Et cum facta eſſet hora / diſcubuit
⁊ duodecī apoſtoli cū eo: ⁊ ait illis. Deſy-
derio deſyderaui hoc paſcha manducare
vobiſcum / antequam patiar. Dico enim
vobis q̊a ex hoc non māducabo illud do-
nec īpleatur in regno dei. Et accepto ca-
lice gratias egit / ⁊ dixit. Accipite ⁊ di-
uidite inter vos. Dico enī vobis quod nō
bibā de generatione vitis / donec regnum
dei veniat. Et accepto pane gratias egit
et fregit: ⁊ dedit eis / dicēs. Hoc eſt corpus
meū quod ꝑ vobis datur. hoc facite ī me
am commemorationē. Similiter ⁊ calicē
poſtquā cenauit / dicēs. Hic ē calix nouū
teſtamētum ī ſanguine meo / q̊ pro vobis
fundetur. Verūtamē ecce manꝰ tradētis
me / mecū eſt in mēſa. Et q̊dē filius ho-
minis ſecundum quod definitū eſt / va-
dit: Verumtamē ve homini illi per quem
tradetur. Et ipſi ceperunt querere īter ſe /
quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet.

Facta eſt autem et cõtẽtio inter eos/ quis
eorũ videretur eſſe maior. Dixit autẽ eis.
Reges gentium dominantur eorum: et
qui poteſtatem habent ſuper eos/ benefici
vocantur. Vos autem non ſic. ſed qui ma
ior eſt ĩ vobis/ fiat ſicut iunior: et q̃ preceſ-
ſor eſt/ ſicut miniſtrator. Nam quis ma-
ior eſt: qui recumbit / an qui miniſtrat?
nonne qui recumbit? Ego autem in me-
dio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Vos
autem eſtis qui permanſiſtis mecum in
tentationibus meis. Et ego diſpono vo-
bis ſicut diſpoſuit mihi pater meus / re-
gnum: vt edatis et bibatis ſuper menſam
meam ĩ regno meo. et ſedeatis ſuper thro
nos iudicãtes duodecĩ tribus Iſrael. Ait
autem dominus Simoni. Simon/ ecce ſa
tanas expetiuit vos/ vt cribraret ſicut tri
ticũ: ego autẽ rogaui pro te/ vt nõ defici-
at fides tua. et tu aliquando conuerſus/
confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Do
mine/ tecum paratus ſum et in carcerem
et in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi
Petre/ non cantebit hodie gallus / donec
ter abnegesnoſſe me. Et dixit eis. Quã-

do miſi vos ſine ſacculo et pera ⁊ calcea-
mentis: nūquid aliquid defuit vobis? At
illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed
nunc qui habet ſacculum / tollat: ſimiliter
et peram. et qui non habet / vendat tuni-
cam ſuam et emat gladium. Dico enim
vobis quoniam adhuc hoc quod ſcriptum
eſt oportet impleri in me / Et cum iniquis
deputatꝰ eſt. Et enim ea que ſunt de me /
finem habent. At illi dixerunt. Domine /
ecce duo gladii hic. At ille dixit eis. Sa-
tis eſt. Et egreſſus ibat ſecundum conſue
tudinem in montem Oliuarum. Secuti
ſunt autem illum et diſcipuli. Et cū per-
ueniſſet ad locum / dixit illis. Orate ne ĩ-
tretis in tentationem. Et ipſe auulſus eſt
ab eis quantum iactus eſt lapidis: et poſi
tis genibꝰ orabat / dicēs. Pater / ſi vis trāſ-
fer calicem iſtum a me. Verumtamen nō
mea voluntas / ſed tua fiat. Apparuit au
tem illi angelus de celo confortans eum.
Et factus in agonia / prolixius orabat.
Et factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſan-
guinis decurrentis in terram. Et cum
ſurrexiſſet ab oratione / ⁊ veniſſet ad diſci

pulos ſuos/ inuenit eos dormientes pre tri-
ſtitia. Et ait illis. Quid dormitis? ſurgi-
te/ orate ne intretis in tentationem. Ad-
huc eo loquente: ecce turba/ et qui vocaba
tur Judas/ vnus de duodecim/ antecede-
bat eos et appropinquauit Jeſu/ vt oſcula
retur eum. Jeſus autem dixit illi. Juda/
oſculo filium hominis tradis? Videntes
autē hi qui circa ipſum erant quod futu-
rum erat/ dixerūt ei. Domine/ ſi percuti-
mus in gladio? Et percuſſit vnus ex illis
ſeruum principis ſacerdotum: ⁊ amputa-
uit auriculam eius dexterā. Reſpondens
autem Jeſus/ ait. Sinite vſque huc. Et
cū tetigiſſet auriculam eius/ ſanauit eū.
Dixit autem Jeſus ad eos qui venerant
ad ſe/ principes ſacerdotū et magiſtratus
tēpli ⁊ ſeniores. Quaſi ad latronem exi-
ſtis cum gladiis ⁊ fuſtibus? Cum quo-
tidie vobiſcum fuerim in templo/ non ex-
tēdiſtis manus in me. ſed hec eſt hora ve-
ſtra/ ⁊ poteſtas tenebrarum. Comprehē-
dentes autem eum/ duxerunt ad domum
principis ſacerdotum: Petrus vero ſeque
batur eum a longe. Accenſo autem igne

in medio atrii/ ⁊ circumſedentibus illis/
erat Petrus in medio eorum. Quem cū
vidiſſet ancilla quedam ſedentem ad lu=
men/ ⁊ eum fuiſſet intuita/ dixit. Et hic
cum illo erat. At ille negauit eum/ dicēs.
Mulier/ non noui illum. Et poſt puſil=
lum alius videns eum/ dixit. Et tu de il=
lis es. Petrus vero ait. O homo/ nō ſum.
Et interuallo facto/ quaſi hore vnius/ ali
us quidam affirmabat/ dicens. Vere ⁊ hic
cum illo erat. nam ⁊ Galileus eſt. Et ait
Petrus. Homo/ neſcio quid dicis. Et con=
tinuo adhuc eo loquente cantauit gallus.
Et cōuerſus dominus reſpexit Petrum.
Et recordatus eſt Petrus verbi domini
ſicut dixerat/ Quia priuſquam gallus cā
tet/ ter me negabis. Et egreſſus foras Pe
trus/ flagellauit amare. Et viri qui tene
bant illum: illudebant ei cedētes. Et ve=
lauerunt eum/ et percutiebāt faciem eius/
et interrogabant eum/ dicentes. Prophe=
tiza: quis eſt qui te ꝑcuſiſti? Et alia mul
ta blaſphemātes dicebāt in eū. Et vt fa=
ctus eſt dies/ conuenerūt ſeniores plebis ⁊
principes ſacerdotum et ſcribe/ et dixerunt

illũ in conſiliũ ſuũ/ dicẽtes. Si tu es Chri
ſtus/ dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixe
ro/ non credetis mihi: ſi autem ⁊ interro-
gauero/ non reſpondebitis mihi/ neque di
mittetis. ex hoc autem erit filius homi-
nis ſedens a dextris virtutis dei. Dixe-
runt autẽ omnes. Tu ergo es filius dei?
Qui ait. Vos dicitis/ quia ego ſum. At il
li dixerunt. Quid adhuc deſideramus
teſtimonium? ipſi enim audiuimus de
ore eius. Et ſurgẽs omnis multitudo eo-
rum/ duxerunt illum ad Pilatum. Cepe-
runt autem accuſare/ dicentes. Hunc inue
nimus ſubuertentem gentem noſtram/ ⁊
prohibentem tributa dare Ceſari/ ⁊ dicen
tem ſe Chriſtum regem eſſe. Pilatus au
tem interrogauit eum: dicens. Tu es rex
Iudeorum? At ille reſpondens ait. Tu
dicis. Ait autem Pilatus ad principes ſa
cerdotum et turbas. Nihil inuenio cauſe
in hoc homine. At illi inualeſcebant/ di-
centes. Commouet populum docens per
vniuerſam Iudeam/ incipiens a Galilea
vſque huc. Pilatus autem audiens Ga-
lileam: interrogauit ſi homo Galileus

eſſet. Et vt cognouit quod de Herodis po
teſtate eſſet: remiſit eum ad Herodem / qui
⁊ ipſe Hieroſolymis erat / illis diebus. He
rodes autem viſo Jeſu / gauiſus eſt val=
de. erat enim cupiens ex multo tempore
videre eum / eo quod audiret multa de eo:
⁊ ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fi
eri. Interrogabat autem eum multis ſer
monibus. At ipſe nihil illi reſpondebat.
Stabant autem principes ſacerdotum ⁊
ſcribe cõſtanter accuſantes eum. Spreuit
autem illum Herodes cum exercitu ſuo:
⁊ illuſit indutum veſte alba / ⁊ remiſit ad
Pilatum. Et facti ſunt amici Pilatus ⁊
Herodes in ipſa die. nã antea inimici erãt
ad inuicem. Pilatus autem cõuocatis prĩ
cipibus ſacerdotum et magiſtratibus et
plebe / dixit ad illos. Obtuliſtis mihi
hunc hominem / quaſi auertentem po=
pulum: ⁊ ecce / ego coram vobis interro=
gans nullam cauſam inuenio in homine
iſto / ex his in quibus eum accuſatis. Sed
neque Herodes. nam remiſi vos ad il=
lum: ⁊ ecce / nihil dignum morte actum
eſt ei. Emendatum ergo illum dimit=

tam. Neceſſe autem habebat dimittere eis
per diem feſtum/ vnū. Exclamauit aūt
ſimul vniuerſa turba/ dicēs. Tolle hunc/
⁊ dimitte nobis Barabbam. qui erat pro-
pter ſeditionem quandam factam in ciui
tate ⁊ homicidium/ miſſus in carcerem.
Iterum autem Pilat⁹ locutus eſt ad eos/
volēs dimittere Jeſum. At illi ſucclama
bant/ dicentes. Crucifige/ crucifige eum.
Ille aūt tertio dixit ad illos. Quid enim
mali fecit iſte: nullā cauſam mortis inue
nio ī eo. corripiā ergo illum ⁊ dimittam.
At illi inſtabāt vocibus magnis poſtu-
lātes vt crucifigeretur: ⁊ inualeſcebāt vo
ces eorū. Et Pilatus adiudicauit fieri pe-
titionem eorū. Dimiſit autem illis eum
qui propter homicidium ⁊ ſeditionē miſ-
ſus fuerat in carcerē/ quem petebant: Je-
ſum vero tradidit volūtati eorum. Et cū
ducerent eum/ apprehenderūt Simonem
quendam Cirenenſem venictem de vil-
la: ⁊ īpoſuerunt illi crucē portare poſt Je
ſum. Sequebatur autē illum multa tur-
ba populi ⁊ mulierum: que plangebant ⁊
lamentabantur eū. Conuerſus autē ad

illas Jeſus/ dixit · Filie Hieruſalē/ noli-
te flere ſuper me: ſed ſuper vos ipſas flete/
⁊ ſuper filios veſtros · quoniam ecce ve-
nient dies in quibus dicent / Beate ſteri-
le/ et ventres qui non genuerunt/ ⁊ vbera
que non lactauerunt · Tunc incipiēt di-
cere montibus / Cadite ſuper nos: ⁊ col-
libus/ Operite nos · Quia ſi in viridi li-
gno hec faciunt: in arido quid fiet? Du-
cebantur autem ⁊ alii duo nequam cum
eo/ vt interficerētur · Et poſtquā venerūt
in locum qui vocatur Caluarie / ibi cru-
cifixerūt eum: ⁊ latrones/ a vnū dextris
⁊ alterum a ſiniſtris · Jeſus autē dicebat
Pater/ dimitte illis · nō enim ſciunt quid
faciunt · Diuidentes vero veſtimenta eiꝰ
miſerunt ſortes · Et ſtabat populus expe-
ctans/ ⁊ deridebant eum pricipes cum e-
is/ dicentes · Alios ſaluos fecit/ ſe ſaluum
faciat/ ſi hic eſt Chriſtus dei electus · Illu-
debant autem ei et milites accedentes et
acetum offerentes ei: et dicentes/ Si tu es
rex Judeorum ſaluum te fac · Erat autē
et ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis
Grecis et Latinis et Hebraicis · Hic eſt

rex Iudeorum. Vnus autem de his qui
pendebant latronibus/ blaſphemabat eũ/
dicẽs. Si tu es Chriſtus: ſaluum fac te-
ipſum ⁊ nos. Reſpondens autem alter/ i-
crepabat eum/ dicẽs. Neque tu times de-
um/ quod ĩ eadẽ damnatione es? Et nos
quidem iuſte: nã digna factis recipimus.
hic vero/ nihil mali geſſit. Et dicebat ad
Ieſum. Domine/ memento mei cum ve-
neris in regnum tuum. Et dixit illi Ie-
ſus. Amen dico tibi/ hodie mecum eris in
paradiſo. Erat autem fere hora ſexta: et
tenebre facte ſunt in vniuerſam terrã vſ-
que in horam nonam. Et obſcuratus eſt
ſol: ⁊ velum templi ſciſſum eſt medium.
Et clamans voce magna Ieſus/ ait. Pa-
ter in manus tuas commendo ſpiritum
meum. Et hec dicens/ expirauit. Vi-
dens autem centurio quod factum fuerat
glorificauit deum/ dicens. Vere/ hic homo
iuſtus erat. Et omnis turba eorum q̇ ſi-
mul aderant ad ſpectaculum iſtud ⁊ vi-
debant que fiebant/ percutientes pectora
ſua reuertebantur. Stabant autem om-
nes noti eius a longe: ⁊ mulieres que ſe-

cute eum erant a Galilea hec videntes.

Euangelium.

ET ecce/ vir nomine Joſeph qui erat decurio / vir bonus ⁊ iuſtꝰ/ hic non conſenſerat cõſilio ⁊ actibus eorum/ ab Arimathea ciuitate Judee / qui expectabat ⁊ ipſe regnum dei/ hic acceſſit ad Pilatum/ ⁊ petiit corpus Jeſu: ⁊ depoſitum inuoluit ſindone / ⁊ poſuit illum in monumento exciſo / in quo nõdum quiſquam poſitus fuerat.

Die veneris.

¶ Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Joannem. xviii. Cap.

EGreſſus eſt Jeſus cum diſcipulis ſuis trans torrentẽ cedron/ vbi erat ortus / in quem introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius. Sciebat autẽ ⁊ Judas qui tradebat eum/ locum: quia frequenter Jeſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Judas ergo cũ accepiſſet cohortem/ ⁊ a põtificibus ⁊ phariſeis miniſtros: venit illuc cum laternis ⁊ facibus ⁊ armis. Jeſus itaque ſciens omnia que ventura erãt ſuper eũ/ proceſſit ⁊ dixit eis. Quem que-

ritis? Reſponderunt ei. Ieſum Nazare-
num. Dicit eis Ieſus. Ego ſum. Stabat
autem ⁊ Iudas qui tradebat eum/ cũ ip-
ſis. Ut ergo dixit eis/ Ego ſum: abierunt
retrorſum/ ⁊ ceciderũt in terram. Iterum
ergo interrogauit eos. Quem queritis?
Illi autem dixerunt. Ieſum Nazarenũ.
Reſpõdit Ieſus. Dixi vobis quia ego ſũ.
ſi ergo me queritis/ ſinite hos abire. Ut
impleretur ſermo quẽ dixit/ Quia quos
dediſti mihi non perdidi ex eis quenquã.
Simon ergo Petrus habens gladium/ e-
duxit eum: ⁊ percuſſit pontificis ſeruum/
⁊ abſcidit auriculã eius dexteram. Erat
autem nomẽ ſeruo/ Malchus. Dixit er-
go Ieſus Petro. Mitte gladium tuũ in
vaginam. Calicem quẽ dedit mihi pater
non bibam illum? Cohors autem ⁊ tri-
bunus ⁊ miniſtri Iudeorum comprehẽ-
derunt Ieſum/ ⁊ ligauerũt eum ⁊ addu-
xerũt eum ad Annam primum. erat enĩ
ſocer Caiphe/ qui erat pontifex anni il-
lius. erat autem Caiphas qui conſilium
dederat Iudeis/ Quia expedit vnũ ho-
minẽ mori pro populo. Sequebatur au-

tem Jeſum ſimon Petrus / ⁊ alius diſci-
pulus. Diſcipulus autem ille / erat notus
pontifici / ⁊ introiuit cum Jeſu in atrium
pontificis: Petrus autem ſtabat ad oſtiū
foris. Exiuit ergo diſcipulus alius q̄ erat
notus pontifici / ⁊ dixit oſtiarie: ⁊ intro-
duxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla
oſtiaria. Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis es
hominis iſtius? Dicit ille. Non ſū. Sta-
bant autē ſerui ⁊ miniſtri ad prunas / q̄a
frigus erat: ⁊ calefaciebant ſe. erat autem
cum eis et Petrus / ſtans / ⁊ calefaciens ſe.
Pontifex ergo īterrogauit Jeſum, de di-
ſcipulis ſuis ⁊ de doctrina eius. Reſpōdit
ei Jeſus. Ego palam locutus ſum mun-
do / ego ſemper docui ī ſynagoga ⁊ ī tem-
plo quo omnes Judei conueniunt: ⁊ ī oc-
culto locutus ſum nihil. Quid me inter-
rogas? interroga eos qui audierunt quid
locutus ſum ipſis. ecce / hi ſciūt que dixe-
rim ego. Hec autē cum dixiſſet: Unus aſ-
ſiſtens miniſtrorum / dedit alapam Jeſu /
dicens. Sic reſpondes pontifici? Reſpon-
dit ei Jeſus. Si male locutus ſum / teſti-
monium perhibe de malo. ſi autem bene /

quid me cedis? Et miſit eum Annas li-
gatum ad Caipham pontificẽ. Erat au-
tem Simõ Petrus ſtans ⁊ calefaciens ſe.
Dixerunt ergo ei. Nunquid ⁊ tu ex di-
ſcipulis eius es? Negauit ille ⁊ dixit. Nõ
ſum. Dicit ei vnus ex ſeruis põtificis co-
gnatus eius cuius abſcidit Petrus auri-
culam. Nonne ego te vidi in orto cũ illo?
Iterum ergo negauit Petrus: ⁊ ſtatim
gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum
a Caipha ĩ pretorium. Erat autem ma-
ne: ⁊ ipſi non in introierũt in pretorium/
vt non cõtaminarentur / ſed vt mandu-
carẽt paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad e-
os foras/ ⁊ dixit. Quam accuſationẽ af-
fertis aduerſus hominem hunc? Reſpõ-
derunt ⁊ dixerunt ei. Si non eſſet hic ma-
lefactor / nõ tibi tradidiſſemus eũ. Di-
xit ergo eis Pilatus. Accipite eum vos/
⁊ ſecundum legem veſtram iudicate eũ.
Dixerunt ergo ei Iudei. Nobis non licet
interficere quenquã. Vt ſermo Ieſu im-
pleretur quem dixit/ ſignificãs qua mor-
te eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum
in pretorium Pilatus: ⁊ vocauit Ieſum/

et dixit ei. Tu es rex Judeorum? Reſpõ-
dit Jeſus. A temetipſo hoc dicis/ an alii
tibi dixerunt de me? Reſpondit Pilatus.
Nunquid ego Judeus ſum? Gens tua ꝛ
pontifices/ tradiderunt te mihi. Quid fe-
ciſti? Reſpondit Jeſus. Regnum meũ nõ
eſt de hoc mũdo. ſi ex hoc mũdo eſſet re-
gnum meum/ miniſtri mei vtique decer-
tarent vt non traderer Judeis. nunc au-
tem regnum meum non eſt hinc. Dixit
itaqꝫ ei Pilatus. Ergo rex es tu? Reſpõ-
dit Jeſus. Tu dicis/ quia rex ſum ego.
Ego in hoc natus ſum/ et ad hoc veni in
mundum: vt teſtimonium perhibeã ve-
ritati. omnis q̇ eſt ex veritate/ audit vo-
cem meam. Dicit ei Pilat⁹. Quid eſt ve-
ritas? Et cũ hoc dixiſſet/ iterũ exiuit ad
Judeos/ et dicit eis. Ego nullam inuenio
in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vo-
bis vt vnum dimittam vobis in paſcha.
Vultis ergo dimittam vobis regem Ju-
deorum? Clamauerunt rurſum omnes
dicentes. Non hũc/ ſed Barrabbam. Erat
autem Barrabbas latro. Tũc ergo ap-
prehendit Pilatus Jeſum/ ꝛ flagellauit.

Et milites plectentes coronam de ſpinis/
impoſuerunt capiti ei⁹: ⁊ veſte purpurea
circundederunt eum. Et veniebant ad e-
um: ⁊ dicebant. Aue rex Judeorū. et da-
bant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus/
⁊ dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras/
vt cognoſcatis quia in eo nullam inue-
nio cauſam. Exiuit ergo Jeſus foras/ por
tans coronam ſpineam/ et purpureum
veſtimentum. Et dicit eis. Ecce homo.
Cum ergo vidiſſent eum pontifices ⁊ mi
niſtri/ clamabant dicentes/ Crucifige/
crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Ac-
cipite eum vos: ⁊ crucifigite. ego enim nō
inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei
Judei. Nos legem habemus: et ſecun-
dum legem debet mori/ quia filium dei
ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc
ſermonem/ magis timuit. Et ingreſſus
eſt pretorium iterum: et dicit ad Jeſum.
Vnde es tu? Jeſus autem reſponſum non
dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. Michi
non loqueris? neſcis quia poteſtatem ha-
beo crucifigere te/ et poteſtatem habeo di-
mittere te? Reſpondit Jeſus. Non habe-

res poteſtatem aduerſum me vllam: ni-
ſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui
me tradidit tibi/ maius peccatum habet.
Et exinde querebat Pilatus dimittere e-
um. Iudei autem clamabāt/ dicentes. Si
hunc dimittis/ non es amicus Ceſaris.
Oīs enī qui ſe regē facit cōtradicit Ceſa
ri. Pilatus autem cū audiſſet hos ſermo-
nes/ adduxit foras Ieſum: ⁊ ſedit pro tri
bunali/ in loco qui dicitur Lithoſtrotos/
Hebraice aūt Gabatha. Erat aūt paraſce
ue paſche hora quaſi ſexta: ⁊ dicit Iudeis.
Ecce rex veſter. Illi autem clamabant.
Tolle tolle crucifige eum. Dicit eis Pi-
latus. Regem veſtrum crucifigam? Re-
ſponderunt pontifices. Non habemus re
gem/ niſi Ceſarem. Tunc ergo tradidit
eis illum/ vt crucifigeretur. Suſceperunt
autem Ieſum: ⁊ eduxerunt eum. Et baiu
lans ſibi crucem/ exiuit in eum qui dici-
tur Caluarie locum/ Hebraice autē Gol
goltha: Vbi crucifixerunt eum/ ⁊ cum eo
alios duos hic ⁊ hinc/ medium autem Ie
ſum. Scripſit autem ⁊ titulum Pilatus:
⁊ poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcri-

ptum/ Jeſus Nazarenus rex Judeorum.
Hunc ergo titulum multi Judeorum le/
gerunt: quia prope ciuitatem erat locus
vbi crucifixus eſt Jeſus. Et erat ſcriptū
Hebraice/ Grece/ ꝛ latine. Dicebant ergo
Pilato/ pontifices Judeorum. Noli ſcri/
bere/ rex Judeorum: ſed quia ipſe dixit/
Rex ſum Judeorū. Reſpondit Pilatus.
Quod ſcripſi/ ſcripſi. Milites ergo cum
crucifixiſſent eum: acceperunt veſtimē/
ta eius (ꝛ fecerūt quatuor partes: vnicui/
que militi partem) ꝛ tunicam. Erat autē
tunica inconſutilis/ deſuper contexta per
totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non
ſcindamus eam/ ſed ſortiamur de illa cu/
ius ſit. Ut ſcriptura impleretur/ dicens/
Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: et ī ve/
ſtē meā miſerunt ſortē. Et milites quidē
hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucē
Jeſu mater eiꝰ/ ꝛ ſoror matris eiꝰ/ Ma/
ria Cleophe/ et Maria Magdalene.
Cū vidiſſet ergo Jeſꝰ matrē ꝛ diſcipulū
ſtantem quem diligebat/ dicit matri ſue.
Mulier/ ecce filius tuus. Deinde dicit
diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa ho/

ra accepit eam diſcipulus in ſua. Poſtea
ſciens Jeſus quia omnia conſummata
ſunt/ vt conſummaretur ſcriptura / dicit.
Sitio. Vas autem erat poſitum aceto ple
num. Illi autem ſpongiã plenam aceto/
hyſopo circumponentes/ obtulerunt ori e⸗
ius. Cum ergo accepiſſet Jeſus acetum/
dixit. Conſummatum eſt. Et inclinato
capite/ tradidit ſpiritum. ✠ Judei ergo
(quoniam paraſceue erat) vt non rema⸗
nerent in cruce corpora ſabbato (erat enim
magnus dies ille ſabbati) rogauerũt Pi⸗
latum/ vt frangerentur eorũ crura ⁊ tol⸗
lerentur. Venerunt ergo milites: ⁊ primi
quidẽ fregerunt crura/ ⁊ alterius q̇ cruci⸗
fixus eſt cum eo. Ad Jeſum autem cum
veniſſent/ vt viderunt eum iam mortuũ/
non fregerunt eius crura: ſed vnus mili⸗
tum lãcea latus eius aperuit/ ⁊ continuo
exiuit ſãguis ⁊ aqua. Et qui vidit teſti⸗
monium ꝑhibuit: ⁊ verum eſt teſtimo⸗
nium eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt
et vos credatis. Facta ſunt enim hec/ vt
ſcriptura impleretur. Os non commi⸗
nuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura di⸗

c.t/ Videbunt in quem tranſfixerunt.

Euangelium.

POſt hec autem rogauit Pilatum Joſeph ab Arimathea / ( eo quod eſſet diſcipulus Jeſu/ occultus autẽ propter metum Judeorum ) Ut tolleret corp⁹ Jeſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo/ ⁊ tulit corpus Jeſu. Venit autem ⁊ Nicodemus qui venerat ad Jeſum nocte primum / ferens mixturam myrrhe ⁊ aloes quaſi libras centum. Acceperunt autem corpus Jeſu/ ⁊ ligauerunt illud linteis cũ aromatibus/ ſicut mos eſt Judeis ſepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt/ ortus/ ⁊ in orto monumentum nouum/ in quo nõdum quiſquã poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuen Judeorũ: quia iuxta erat monumentum/ poſuerunt Jeſũ. Deo gratias. ℣. Qui paſſus es ꝑ nobis. ℟. Domine miſerere nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

DEus qui manus tuas / ⁊ pedes tuos / ⁊ totum corpus tuum pro nobis peccatoribus in ſigno crucis poſu-

iſti/ ⁊ quinque vulnera pro nobis pecca-
toribus in ſigno crucis paſſus fuiſti: da
nobis hodie ⁊ quotidie vſum penitētie/ab
ſtinentie/patiētie/humilitatis/ caſtitatis
lumen/ſenſum ⁊ intellectum/ ⁊ purā cō-
ſcientiā vſqꝫ ad finem/Per te Jeſu Chri
ſte ſaluator mūdi / Qui cum patre ⁊ ſpi-
ritu ſancto viuis ⁊ regnas deus Per om-
nia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Orationes beati Gregorii pape.

O Domine Jeſu Chriſte adoro te in
cruce pendētem ⁊ coronam ſpine-
am in capite portātem: deprecor te vt tua
crux liberet me ab āgelo percutiēte. Pa-
ter noſter. Aue Maria.

O domine Jeſu Chriſte adoro te in cru-
ce vulneratum/ felle ⁊ aceto potatum: de-
precor te vt tua vulnera ſint remediū a-
nime mee. Pater noſter. Aue Maria.

O domine Jeſu Chriſte adoro te ī ſepul-
chro poſitum/ myrrha ⁊ aromatibus con-
ditū: deprecor te vt tua mors ſit vita mea.
Pater noſter. Aue Maria.

O domine Jeſu Chriſte adoro te deſcen-
dētem ad inferos/liberantēque captiuos:

depꝛecoꝛ te ne me illuc permittas itroire.
Pater noſter. Aue Maria.

O domine Jeſu Chriſte adoꝛo te reſur-
gentem a moꝛtuis/aſcendentem ad celos/
ſedentēqꝫ ad dexteram patris: depꝛecoꝛ te
miſerere mei. Pater noſter. Aue Maria.

O domine Jeſu Chriſte paſtoꝛ bone/iu-
ſtos conſerua/peccatoꝛes iuſtifica/omni-
bus fidelibꝰ miſerere: et ꝓpitius eſto mi-
hi peccatoꝛi. Pater noſter. Aue Maria.

O domine Jeſu Chriſte ꝓpter illā a-
maritudinem quā ꝓ me miſerrimo pec-
catoꝛe ſuſtinuiſti in cruce/maxime in il-
la hoꝛa quando nobiliſſima anima tua e-
greſſa eſt de coꝛpoꝛe tuo: depꝛecoꝛ te miſe-
rere anime mee in egreſſu ſuo. Amen.
Pater noſter. Aue Maria.

¶ Salutatio deuota virginis Marie.

AVe regina celoꝛum / aue domina
āgeloꝝ. Salue radix ſancta/ex
qua mūdo lux eſt oꝛta. Gaude glorioſa
ſuper oēs ſpecioſa. Vale valde decoꝛa: et ꝓ
nobis ſēp Chriſtū exoꝛa. Amē. Et bene-
dicta ſit ſācta Anna mater tua: ex qua ſi
ne macula caro tua ꝓceſſit ꝟginea Amē.



Hore/ ī laudē beatiſs. ſemper virginis Marie/ ſecundum conſuetudinem eccleſie Pariſienſis.

Aue Maria gratia plena/ dominꝰ tecū Benedicta tu in mulieribus.



Ad matutinum Verſus.

DOmine labia mea aperies. ℟. Et os meũ annunciabit lau-
dem tuam. ℣. Deus in adiutorium meũ
intende. ℟. Domine ad adiuuãdũ me
feſtina. Gloria patri/ et filio / et ſpiritui

ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nūc/ et
ſemper: ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amen. Alle
luia. Et dicitur a Paſcha reſurrectionis/
vſqꝫ ad ſeptuageſimam. Et a ſeptuage
ſima/ vſqꝫ ad paſcha dicitur. Laus tibi do
mine rex eterne glorie. Inuitatoriū. Aue
Maria gratia plena/ Dominus tecum.
Aue Maria gratia plena/ Dñs tecum.

Pſalmus.

Venite/ exultemus dño/ iubile
mus deo ſalutari noſtro: preoc
cupemus faciem eius in cōfeſſione/ et in
pſalmis iubilemus ei. Aue Maria gra
tia plena Dominus tecum.

Quoniam deus magnus dominus/ et
rex magnus ſuper omnes deos: quoniam
non repellet dominus plebē ſuam: quia ī
manu eius ſunt omnes fines terre/ ⁊ alti
tudines mōtium ipſe cōſpicit. Dñs tecū.

Quoniam ipſius eſt mare/ ⁊ ipſe fecit il
lud/ ⁊ aridā fundauerunt manus eiꝰ/ Ve
nite/ adoremus/ ⁊ procidamus ante deū/
ploremus corā domino qui fecit nos: quia
ipſe eſt dominꝰ deus noſter/ nos autē po
pulus eiꝰ/ ⁊ oues paſcue eiꝰ. Aue Maria

gratia plena Dominus tecum.
Hodie ſi vocē eiꝰ audieritis/ nolite obdu-
rare corda veſtra/ ſicut ī exacerbatione ſe-
cundū diem tētationis in deſerto/ Vbi tē-
tauerunt me patres veſtri: probauerūt ꝛ
viderunt opera mea. Dominus tecum.
Quadraginta annis proximus fui ge-
neratiōi huic/ ꝛ dixi/ ſēper hi errant cor-
de/ ipſi vero nō cognouerunt vias meas/
quibus iuraui in ira mea/ ſi introibunt in
requiem/ meam. Aue Maria gratia.
Gloria patri/ ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto
Sicut erat in prīcipio ꝛ nūc ꝛ ſēper/ ꝛ in
ſecula ſeculoꝝ. Amen. Dn̄s tecum. Aue
Maria gratia plena dn̄s tecū. Hymnꝰ.
O Quā glorifica luce choruſcas/ ſtir-
pis Dauidice regia proles/ ſubli-
mis reſidens virgo Maria/ ſupra celige-
nas etheris omnes.
Tu cum virgineo mater honore/ ange-
lorum domino: pectoris aulam ſacris vi-
ſceribus caſta paraſti natus hinc deus eſt
corpore chriſtus.
Quē cunctus venerās orbis adorat: cui
nunc rite genu flectitur omne: a quo nos

petimus / te veniente / abiectis tenebris / gaudia lucis.

Hoc largire pater luminis ōnis / natum per ꝓpriū flamine sacro: q̄ tecū nitida vivit in ethera: regnans ac moderās ſecula cūcta. Amē. an. Exaltata es. Pſalmus.

Domine dominus noſter / quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.

Quoniam elevata eſt magnificentia tua / ſuper celos.

Ex ore infantium ꝛ lactētium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: ut deſtruas inimicum et ultorem.

Quoniā videbo celos tuos / opera digitorū tuorū: lunā ꝛ ſtellas que tu fundaſti.

Quid eſt homo quod memor es eiꝰ: aut filius hominis / quoniam viſitas eum.

Minuiſti eum paulominus ab angelis / gloria ꝛ honore coronaſti eū: ꝛ cōſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarum.

Omnia ſubieciſti ſub pedibꝰ eiꝰ: oues et boues univerſas / iſup ꝛ pecora campi.

Volucres celi / et piſces maris / qui perambulant ſemitas maris.

Domine dominus noſter: quã admira-
bile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.
Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.
Celi enarrãt gloriã dei: ⁊ opera ma
nuum eius annũciat firmamẽtũ.
Dies diei eructat verbum: ⁊ nox nocti
indicat ſcientiam.
Non ſũt loquele neque ſermones/ quo-
rum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit ſonus eorum/
⁊ in fines orbis terre verba eorum.
In ſole poſuit tabernaculum ſuum: et
ipſe tanquam ſponſus procedens de tha-
lamo ſuo.
Exultauit vt gigas ad currendam vi-
am: a ſummo celo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſque ad ſummum
eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore
eius.
Lex domini immaculata/ conuertens
animas: teſtimonium domini fidele/ ſa-
pientiam preſtans paruulis.
Iuſtitie domini recte/ letificãtes corda:
preceptum domini lucidum/ illuminans
oculos.

Timor domini ſãctus permanet in ſe-
culum ſeculi: iudicia dñi vera/iuſtificata
in ſemetipſa.
Deſiderabilia ſuper aurum ⁊ lapidem
precioſum multum/et dulciora ſuper mel
⁊ fauum.
Etenim ſeruus tuꝰ cuſtodit ea: in cu-
ſtodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit? ab occultis me-
is mũda me: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dominati/tunc im
maculatus ero: et emundabor a delicto
maximo.
Et erunt vt complaceant eloquia oris
mei/⁊ meditatio cordis mei in conſpectu
tuo ſemper.
Domine adiutor meꝰ ⁊ redẽptor meus.
Gloria patri/⁊ filio/⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nũc ⁊ ſemper:
et in ſecula ſeculorum amen.

Pſalmus.

Domini eſt terra/et plenitudo e-
ius: orbis terrarum/et vniuerſi
qui habitant in eo.
Quia ipſe ſuper maria fundauit eum:

et ſuper flumina preparauit eum.
Quis aſcendet in montem domini: aut
quis ſtabit in loco ſancto eius?
Innocens manibus ⁊ mundo corde/ qui
non accepit in vano animam ſuam: nec
iurauit in dolo proximo ſuo.
Hic accipiet benedictionem a domino: ⁊
miſericordiam a deo ſalutari ſuo.
Hec eſt generatio querentium eũ: que-
rentium faciem dei Jacob.
Attollite portas principes veſtras: ⁊ e-
leuamini porte eternales/ ⁊ introibit rex
glorie.
Quis eſt iſte rex glorie? dominus fortis
⁊ potens dominns potens in prelio.
Attollite portas prĩcipes veſtras/ ⁊ ele-
uamini porte eternales/ ⁊ ĩtroibit rex glie.
Quis eſt iſte rex glorie? dominus virtu
tum ipſe eſt rex glorie.
Gloria patri. Sicut erat. an. Exalta-
ta es ſancta dei genitrix ſuper choros an
gelorum ad celeſtia regna. ℣. Diffuſa eſt
gratia in labiis tuis. ℟. Propterea bene-
dixit te deus in eternũ. Pater noſter. Et
ne nos. Sed libera. Benedictio. Jube do-

mine. Alma v̄go v̄ginū ītercedat ꝑ nobis
ad dn̄m. Am̄. Lectio prima.

SUrge beatiſſima virgo Maria
miſericorditer actura ꝑ nob. e:ſ: r
ge ⁊ amplectere miſericordiam redempto/
ris. Da preces ꝑ nobis/quos cernis offē/
ſos ante oculos cōditoris. Tu autem do/
mine miſerere noſtri. Deo gratias. ℟.
Beata es v̄go dei genitrix que credidiſti
dominū: perfecta ſunt in te que dicta ſūt
tibi a domino. Ecce exaltata es ſup cho/
ros angelorum: ītercede pro nobis ad do/
minum deum noſtrum. ℣. Aue Maria
gratia plena dominus tecum. Ecce exal/
tata es ſuper choros angelorum: ītercede
pro no. Jube dn̄e benedicere. Beate Ma/
rie virginis filius ſit nobis adiutor ⁊ pro/
pitius. Amen. Lectio ſecunda.

CEcos cordium oculos terge/atque
ſemitas iuſticie nobis clementer
oſtēde: orando a nobis vitia ſubtrahe/ at/
que ſancta plātaria virtutū nobis inſere:
impetra curſum/quo ſupernum cōſequa/
mur brauium. Tu autem. ℟. Sancta et
immaculata virginitas / quibus te lau/

dibus efferam: neſcio. Quia quē celi capere non poterant tuo gremio contuliſti. Verſus. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus vētris tui. Quia quē. Iube domine benedicere. Sancta dei genitrix ſit nobis auxiliatrix. Amen.

¶ Lectio tertia.

O Sacratiſſima virgo Maria: nos q̇ hoc credimus quod virgo ⁊ mater dei ſis: credendo ſentiamus quod pro nobis deum depreceris. et iuſta petentium vota impetrata aſſequaris. Ut nos q̇ confitemur te peperiſſe deū ⁊ hominē/gaudeamus ꝑ te nobis adueniſſe ſalutē. Tu autem domine. ℟. Felix nāque es ſacra virgo Maria: ⁊ omni laude digniſſima. Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitie Chriſtus deus noſter. Verſus. Ora pro populo/interueni pro clero/intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiāt omnes tuum leuamen: quicunque celebrant tuam commemorationem. Quia ex te. Gloria patri. Chriſtus deus noſter.

¶ Diebus Martis ⁊ Veneris dicuntur pſalmi ſequentes. an. Specie. Pſalmus.

Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea/ calamus ſcribe: velociter ſcribentis.

Specioſus forma pre filiis hominum: diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuū/ potentiſſime.

Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende proſpere procede et regna.

Propter veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute/ populi ſub te cadēt: in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexiſti iuſticiam ⁊ odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus/ deus tuus letitie pre conſortibus tuis.

Myrrha ⁊ gutta ⁊ caſia a veſtimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum/ in honore tuo.

Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu



Deus in adiutoriū meū intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri et filio: ꝛ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ꝛ nunc et ſēper: et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.

Veni creator ſpiritus/ mētes tuo=
rum viſita : imple ſuperna gra=
tia/ que tu creaſti pectora.
Memento ſalutis auctor/ ꝙ noſtri quō=
dam corporis: ex illibata virgine/ naſcen=
do formam ſumpſeris.
Maria mater gratie/ mater miſericordie:
tu nos ab hoſte protege/ et hora mortis
ſuſcipe.
Gloria tibi domine/ qui natus es de vir=
gine: cum patre et ſancto ſpiritu/ in ſem=
piterna ſecula. Amen.
An. Benedicta tu. Pſalmus.
Beatus vir qui non abiit in conſi=
lio impiorū/ et in via peccatorum
non ſtetit : et in cathedra peſtilentie non
ſedit.
Sed in lege domini voluntas eius: et
in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanquā lignū quod plantatum
eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructū
ſuum dabit in tempore ſuo.
Et foliū eius non defluet: ⁊ omnia que=
cunque faciet proſperabuntur.
Non ſic impii non ſic : ſed tanquā pul=

uis quem proiicit ventus a facie terre.
Ideo non reſurgūt impii in iudicio: ne-
que peccatores in conſilio iuſtorum.
Quoniam nouit dominus viam iuſto-
rum: et iter impiorum peribit.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc ꝛ ſemp:
et in ſecula ſeculorum amen. Pſalmus.
Quare fremuerunt gentes: et po-
puli meditati ſunt inania?
Aſtiterunt reges terre: et principes cō-
uenerunt in vnum aduerſus dominum/
et aduerſus Chriſtum eius.
Diſrumpamus vincula eorum: et proii-
ciamus a nobis iugum ipſorum.
Qui habitat in celis irridebit eos: ꝛ do-
minus ſubſannabit eos.
Tūc loquetur ad eos in ira ſua: ꝛ in fu-
rore ſuo conturbabit eos.
Ego autem cōſtitutus ſum rex ab eo ſu-
per Sion montem ſanctum eius: predi-
cans preceptum eius.
Dominus dixit ad me/ filius meus es
tu: ego hodie genui te.
Poſtula a me et dabo tibi gentes here-

ditatem tuam: ⁊ poſſeſſionem tuam terminos terre.

Reges eos in virga ferrea: et tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges ĩtelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Seruite domino in timore: et exultate ei cum tremore.

Apprehendite diſciplinã ne quãdo iraſcatur dominus: et pereatis de via iuſta.

Cum exarſerit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorẽ meum.

Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus.

Quoniã ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane aſtabo tibi et videbo: quoniã non deus volens iniquitatem tu es.

Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebũt iniuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitatẽ: perdes omnes qui loquũtur mẽdaciũ.

Virum ſanguinum et doloſum abomi-
nabitur dominus: ego autem in multi-
tudine miſericordie tue.
Introibo in domum tuam/ adorabo ad
templum ſanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iuſtitia tua pro-
pter inimicos meos: dirige in conſpectu
tuo viam meam.
Quoniam non eſt in ore eorum veritas:
cor eorum vanum eſt.
Sepulchrum patēs eſt guttur eorum/
liguis ſuis doloſe agebāt: iudica illos deꝰ
Decidant a cogitationibus ſuis ſecun-
dum multitudinem impietatum eorū ex-
pelle eos/ quoniam irritauerunt te dn̄e.
Et letentur omnes qui ſperant in te in
eternum: exultabunt et habitabis in eis.
Et gloriabūtur in te omnes qui diligūt
nomen tuum: quoniā tu benedices iuſto.
Domine/ vt ſcuto bone voluntatis tue
coronaſti nos.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc et ſem-
per: et in ſecula ſeculorū amē. an̄. Bene-
dicta tu in mulieribus: et benedictꝰ fru-

ctus ventris tui. **Capitulum.**

FElix namqȝ es ſacra virgo Maria, et omni laude digniſſima: q̄a ex te ortus eſt ſol iuſtitie Chriſtus deus noſter. Deo gratias. ℟. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℣. Propterea benedixit te deꝰ in eternū. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. **Verſus.** Specie tua et pulchritudine tua. ℟. Intende proſpere procede et regna. **℣ſus.** Domine exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.**

DEus qui apoſtolis tuis ſanctum dediſti ſpiritum/ cōcede plebi tue pie petitionis effectum: Ut quibus dediſti fidem largiaris et pacem. **Oratio.**

FAmulorum tuorum queſumꝰ domine delictis ignoſce: Ut qui tibi placere de actibus noſtris non valemus/ genitricis filii tui dn̄i noſtri Jeſu Chriſti interceſſione ſaluemur. **Oratio.**

ECcleſiam tuam queſumus domine benignus illuſtra: Ut beati Jo-

annis apoſtoli tui et euangeliſte/ illumi-
nata doctrinis / ad dona perueniat ſem-
piterna. Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum. Qui tecum vi-
uit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus-
ſancti de⁹. Per oīa ſecula ſeculorū. Amē.
DEus in adiutorium meū intēde.
Domine ad adiuuandum me
feſtina.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemp̄:
et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.
HOra prima ducunt Jeſum ad Pi-
latum: falſis teſtibus multū ac-
cuſatum coſaphis percutiūt manibus li-
gatum: Vultum dei conſpuunt lumen celi
gratum. An. Adoramus te Chriſte ⁊ be-
nedicimus tibi: quia per ſanctam crucem
tuam redemiſti mundum. Verſus. Qui
pro nobis paſſus es. ℟. Domine miſere-
re nobis. Oratio.
DOmine Jeſu Chriſte fili dei vi-
ui pone paſſionē crucem et mor-
tem tuam inter iudicium tuum ⁊ animā
meam nunc ⁊ in hora mortis mee: ⁊ lar-

giri digneris viuis misericordiā et gratiam/ defunctis requiem et veniam / eccleſie tue pacem et cōcordiā/ et nobis peccatoribus vitam et letitiam ſempiternā. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad primam de ſancto ſpiritu.

Deus in adiutorium meū intēde. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemp: et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.

De virgine Maria Chriſtꝰ fuit natus. crucifixus/ mortuus atqꝫ tumulatus. reſurgens diſcipulis fuit demonſtratus. et ipſis cernētibus ſuper celos eleuatus. Añ. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium / et tui amoris in eis ignem accende. Verſꝰ. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus da nobis illam ſancti ſpiritus gratiam quā diſcipulis tuis in die ſancto pen-

tecoſtes trāſmiſiſti. Qui viuis ⁊ regnas
deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amē

¶ Ad primam de conceptione.

Deus in adiutorium meū intēde.
Domine ad adiuuandum me
feſtina.
Gloria patri et filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc et ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.
Erubeſcant inſenſati/qui reſpuunt
celebrare: Myſteria tam ſacrati
diei ac feſtiuare: Quo fuerunt copulati
vir cum ſua muliere. Peſſime ſunt auiſa-
ti ſic volentes deuiare. An. Cōceptio tua
dei genitrix virgo gaudium annuncia-
uit in vniuerſo mundo. vſus. In conſpe-
ctu altiſſimi immaculata permanſiſti.
℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oratio.

Deus qui pro ſalute humani ge-
neris carnem glorioſe virginis
Marie aſſumere dignatus es: et ipſam
ſine macula cōcipiendam ante ſecula in
matrem preelegiſti: concede propitius: vt
qui de eiꝰ cōceptione (que fuit noſtre re-

demptionis necnon temporum ꝑlenitudinis exoꝛdium) letemur: eiꝰ piis interceſſionibus ab inſtantibus periculis et a moꝛte perpetua preſeruemur. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Gaude virgo concipiēs. Gaude clauſa parturiēs. Gaude nato reſurgēte. Gaude illo aſcendente. Gaude celo collocata. Pacē nobis da beata. Et ſis nobis aduocata/ Apud deum virgo pia. Amen.

¶ Ad tertiam de beata Maria.



Deus in adiutoriū meū intende.
Domine ad adiuuandum me
feſtina.
Gloria patri ꝛ filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ꝛ nunc et ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.

Veni creator ſpiritus/ mētes tu-
orum viſita: imple ſupna gratia/
que tu creaſti pectora.
Memento ſalutis author/ ꝙ noſtri quō-
dam corporis: ex illibata virgine/ naſcen-
do formam ſumpſeris.
Maria mater gratie / mater miſericor-
die : tu nos ab hoſte protege/ et hora mor-
tis ſuſcipe.
Gloria tibi domine/ qui natus es de vir-
gine: cum patre et ſancto ſpiritu/ in ſem-
piterna ſecula. Amen. Antiphona.
Dignare. Pſalmus.
Ad dominum cum tribularer cla-
maui: et exaudiuit me.
Domine libera animam meam a labiis
iniquis: et a lingua doloſa.
Quid detur tibi aut quid apponatur ti-
bi: ad linguam doloſam.
Sagitte potentis acute: cum carboni-
bus deſolatoriis.
Hei mihi quia incolatus meus prolō-
gatus eſt/ habitaui cum habitantibꝰ Ce-
dar: multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderūt pacem eram paci

ficus: cum loquebar illis impugnabant
me gratis.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Pſalmus.
Leuaui oculos meos in montes:
Vnde Veniet auxilium mihi.
Auxilium meum a domino: qui fecit
celum et terram.
Non det in commotionem pedem tuū:
neque dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet: qui
cuſtodit Iſrael.
Dominus cuſtodit te/dominus prote-
ctio tua: ſuper manum dexteram tuam.
Per diem ſol non Vret te: neqꝫ luna per
noctem.
Dominꝰ cuſtodit te ab omni malo: cu-
ſtodiat animam tuam dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum
⁊ exitū tuū: ex hoc nūc et Vſqꝫ in ſeculū.
Gloria patri ⁊ filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nūc et ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum amen. Pſalmus.
Letatus ſum in his que dicta ſūt
mihi: in domū domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri: in atriis
tuis Hieruſalem.
Hieruſalē que edificatur vt ciuitas: cu/
ius participatio eius in idipſum.
Illuc enim aſcenderunt tribus tribus
domini: teſtimonium Iſrael ad confitē/
dum nomini domini.
Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſe/
des ſuper domum Dauid.
Rogate que ad pacem ſunt Hieruſalem:
et abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: et abundan/
tia in turribus tuis.
Propter fratres meos ⁊ proximos me/
os: loquebar pacem de te.
Propter domū domini dei noſtri: que/
ſiui bona tibi.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc ⁊ ſemp̄:
et in ſecula ſeculorum amen. an̄. Digna/
re me laudare te virgo ſacrata/ da mihi
virtutē contra hoſtes tuos. Capitulum.
Paradiſi porta per Euam cunctis
clauſa eſt: et per Mariā virgi/
nem iterum patefacta eſt. Deo gratias.

℟. Specie tua ⁊ pulchritudine tua. Spe-
cie tua et pulchritudine tua. Verſus. In-
tēde proſpere procede ⁊ regna. Specie tua
et pulchritudine tua. Gloria patri et fi-
lio: et ſpiritui ſancto. Specie tua et pul-
chritudine tua. ℣. Adiuuabit eā deus vul
tu ſuo. ℟. Deus in medio eius non com-
mouebitur. Oratio.

Adſit nobis queſumus dn̄e virt⁹
ſpiritus ſancti: que et corda no-
ſtra clementer expurget: et ab omnibus
ſemper tueatur aduerſis. Oratio.

Concede nos famulos tuos que-
ſumus domine de⁹ perpetua mē-
tis et corporis ſanitate gaudere: et glori-
oſa beate Marie ſemper virginis inter-
ceſſione a preſenti liberari triſtitia/ et e-
terna perfrui letitia. Oratio.

Eccleſiam tuam queſumus domi-
ne benignus illuſtra: Ut beati Jo-
annis apoſtoli tui et euāgeliſte illumi-
nata doctrinis/ ad dona perueniat ſem-
piterna. Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum. Qui tecum vi-
uit ⁊ regnat in vnitate ſpirituſſancti de⁹.

Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad tertiam de ſancta cruce.

Deus in adiutoriū meū intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc ⁊ ſempꝛ: et in ſecula ſeculorū amen.

Hymnus.

Crucifige clamitāt hora tertiarū: illuſus induitur veſte purpuratum: caput eius pungitur corona ſpinarum: crucem portat humeris ad locū penarum.

Antiphona. Adoramus te Chriſte et benedicimus tibi: quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundū.

Verſus. Qui pro nobis paſſus es.

Reſponſorium. Domine miſerere nobis.

Oratio.

Domine Ieſu Chriſte fili dei viui pone paſſionem crucē ⁊ mortē tuam inter iudicium tuum ⁊ animā meam nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miſericordiā et gratiā: defunctis requiem et veniam/eccleſie tue pacem et concordiam: et nobis peccatoribus vitam ⁊ letitiam ſempiternam. Qui

viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad tertiam de ſancto ſpiritu.

DEus in adiutoriū meū intende. Dñe ad adiuuādū me feſtina

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc ꝛ ſemp: ꝛ in ſecula ſeculorum. Amen. Hymnus.

SUum ſanctum ſpiritum deus delegauit: in die pentecoſtes ſuos cōfortauit: et de linguis igneis ipſos inflammauit: relinquere orphanos eos denegauit. Aña. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Verſus Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: da nobis illam ſancti ſpiritus gratiā quam diſcipulis tuis in die ſancto pentecoſtes tranſmiſiſti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amē.

¶ Ad tertiam de conceptione.

DEus in adiutorium meū intēde. Dñe ad adiuuādū me feſtina

Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ꝛ nunc et ſemp:
et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.

Conceptio mirabilis ab āgelo nū-
ciata Marie: tam laudabilis in
conceptu preſeruata. Eſt Vnde Venerabi-
lis eccleſia illuſtrata. Et in ſuis miracu-
lis et laudibus honorata. An. Conceptio
tua dei genitrix Virgo gaudium annun-
ciauit in Vniuerſo mundo. Verſus. In cō-
ſpectu altiſſimi īmaculata ꝑmāſiſti. R.
Dei genitrix ītercede pro nobis. Oratio.

Deus qui pro ſalute humani ge-
neris carnē glorioſe v̄ginis Ma-
rie aſſumere dignatus es: et ipſam ſine
macula cōcipiendam ante ſecula in ma-
trem preelegiſti: concede propitius: Vt qui
de eius conceptione (que fuit noſtre redē-
ptionis necnon tēporum plenitudinis ex-
ordium) letamur: eius piis interceſſioni-
bus ab inſtātibꝰ periculis et a morte per-
petua preſeruemur. Per dominum ꝛc.

¶ Ad ſextam.



Deus in adiutoriū meū intende.
Domine ad adiuuandum me
feſtina.
Gloria patri ⁊ filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc et ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.

Veni creator ſpiritus/ mentes tuorum viſita: imple ſuperna gratia/ que tu creaſti pectora.

Memento ſalutis author/ quod noſtri quondā corporis: ex illibata virgine/ naſcendo formam ſumpſeris.

Maria mater gratie/ mater miſericordie: tu nos ab hoſte protege/ et hora mortis ſuſcipe.

Gloria tibi domine/ qui natus es de virgine: cum patre et ſancto ſpiritu/ in ſempiterna ſecula. Amen.

Añ. Poſt partum. Pſalmus.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi ancille in manibus domine ſue: ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum/ donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri domine miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multū repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus et deſpectio ſuperbis.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊c. Pſalmus.

Niſi quia dominus erat in nobis dicat nunc Iſrael: niſi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos.

Cum iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquā intolerabilem.

Benedictus dominus/ qui nō dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.

Laqueus contritus eſt: et nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrū in nomine domini: qui fecit celum et terram.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemp: et in ſecula ſeculorum amen. Pſalmus.

Qui confidūt in domino ſicut mōs Sion / non cōmouebitur in eter-

num qui habitat in Hieruſalem.

Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi ſui: ex hoc nunc et vſque in ſeculum.

Quia non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt nō extendant iuſti ad iniquitatē manꝰ ſuas.

Benefac domine: bonis et rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet dominus: cum operantibus iniquitatem/ pax ſuper Iſrael.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio et nunc ⁊ ſemp: ⁊ in ſecula ſeculorum Amē. Antiphona.

Poſt partū virgo inuiolata permāſiſti: dei genitrix ītercede ꝑ nobis. Capitulū.

Gaude Maria virgo cunctas hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mūdo. Deo gratias. ℟. Adiuuabit eam deus vultu ſuo. Adiuuabit eam deus vultu ſuo. ℣. Deꝰ in medio eius nō commouebitur. Adiuuabit eā deus vultu ſuo. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Adiuuabit eaz deus vultu ſuo. Verſus. Elegit eā deus et preelegit eam. Reſponſorium Et

habitare eã facit in tabernaculo ſuo. Do-
mine exaudi orationem meã. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.

Mentes noſtras queſumus domi-
ne ſpiritus ſanctus paracletus q̇
a te procedit illuminet: et inducat in om-
nẽ (ſicut tuus promiſit filius) veritatem.

Oratio.

Concede miſericors deus fragili-
tati noſtre preſidium: vt qui ſan-
cte dei genitricis virginis Marie memo
riam agimus/ interceſſionis eiꝰ auxilio a
noſtris iniquitatibꝰ reſurgamꝰ. Oratio.

Ecleſiam tuam queſumus domi-
ne benignus illuſtra: vt beati Jo-
annis apoſtoli tui et euangeliſte illumi-
nata doctrinis/ ad dona perueniat ſempi-
terna. Per dominũ noſtrum Jeſũ Chri-
ſtum filium tuum. Qui tecum viuit. ⁊c.

¶ Ad ſextam de cruce

Deus in adiutorium meũ intẽde.
Dñe ad adiuuãdũ me feſtina.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemp̄:
et in ſecula ſeculorum. Amen. Hymnus

Hora ſexta Jeſus eſt cruci conclauatus: et eſt cū latronibus pendēs deputatus: pre tormentis ſitiens felle ſaturatus: agnus crimē diluit ſic ludificatus. ān. Adoramus te Chriſte ⁊ benedicim⁹ tibi: quia per ſanctā crucē tuā redēmiſti mundum. ℣. Qui pro nobis paſſus es. ℟. Domine miſerere nobis. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte fili dei viui: pone paſſionem crucē ⁊ mortem tuam inter iudicium tuum: ⁊ animā meam nunc et in hora mortis mee: ⁊ largiri digneris viuis miſericordiam ⁊ gratiam: defunctis requiem ⁊ veniam/ eccleſie tue pacem ⁊ concordiam/ ⁊ nobis peccatoribus vitam et letitiā ſempiternam. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad ſextam de ſancto ſpiritu.

Deus in adiutorium meū intēde. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemp: et in ſecula ſeculorum. Amen. Hymnus.

Septiformem gratiam tunc acce-
ptauerunt: quare idiomata cun-
cta cognouerunt: ad diuerſa climata mũ-
di receſſerunt: et fidem catholicam tunc
predicauerũt. An. Veni ſancte ſpiritus re-
ple tuorum corda fidelium et tui amoris
in eis ignem accende. ℣. Emitte ſpiritum
tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis fa-
ciem terre. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: da
nobis illam ſancti ſpiritus gratiã
quam diſcipulis tuis in die ſancto pente-
coſtes tranſmiſiſti. Qui viuis et regnas
deus. Per omnia ſecula ſeculorũ. Amen.

¶ Ad ſextam de conceptione.

Deus in adiutoriũ meum intẽde.
Dñe ad adiuuãdũ me feſtina.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ꝛc. Hymnus.

Aue regina celorum inter omnes
mitiſſima. Aue decus ãgelorum
ĩter omnes pulcherrima. Simul et archã
gelorum omni laude digniſſima. Que cõ
cepta vitiorũ ſine labe puriſſima. An. Cõ
ceptio tua dei genitrix virgo gaudiũ an-

nunciauit in vniuerſo mundo. Verſus.
In conſpectu altiſſimi immaculata per-
manſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro
nobis. Oremus.

Deus qui pro ſalute humani ge-
neris carnē glorioſe v̄ginis Ma-
rie aſſumere dignatus es: et ipſam ſine
macula cōcipiendam ante ſecula in ma-
trem preelegiſti: concede, propitius: vt qui
de eius conceptione (que fuit noſtre redē-
ptionis necnon temporum plenitudinis
exordium) letamur: eius piis interceſſio-
nibus ab inſtantibus periculis/ et a morte
perpetua preſeruemur. Per dominum no
ſtrum Jeſum Chriſtum filiuꝫ tuū. Qui
tecum viuit ꝛ regnat in vnitate eiuſdē ſpi
rituſſancti deus. Per omnia ſecula ſeculo
rum. Amen.

Ad nonam.



Deus in adiutorium meū intēde.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ ſemꝑ: et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.

Veni creator ſpiritus/ mētes tuo⸗
rum viſita: imple ſuperna gratia
que tu creaſti pectora.
Memēto ſalutis author/ ꝙ noſtri quon⸗
dam corporis: ex illibata virgine/ naſcen⸗
do formam ſumpſeris.
Maria mater gratie/ mater miſericordie
tu nos ab hoſte protege/ et hora mortis
ſuſcipe.
Gloria tibi domine/ qui natus es de vir⸗
gine: cum patre et ſancto ſpiritu/ in ſem⸗
piterna ſecula. Amen. Antiphona. Sicut
lilium.

Pſalmus.

In conuertendo dn̄s captiuitatem
Sion: facti ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum:
⁊ lingua noſtra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: magnificauit
dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiſcū:
facti ſumus letantes.
Cōuertere domine captiuitatē noſtrā:
ſicut torrens in auſtro.
Qui ſeminant in lachrimis: in exulta⸗
tione metent.

Euntes ibant ⁊ flebant: mittētes ſemi
na ſua.
Uenientes autem venient cum exulta/
tione: portantes manipulos ſuos.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum Amen. Pſalmus.
Niſi dominus edificauerit domū:
in vanum laborauerunt qui edi/
ficant eam.
Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fru
ſtra vigilat qui cuſtodit eam.
Uanum eſt vobis ante lucem ſurgere:
ſurgite poſtquā ſederitis qui mādūcatis
panem doloris.
Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce
hereditas dn̄i filii merces fructus vētris.
Sicut ſagitte in manu potentis: ita fi/
lii excuſſorum.
Beatus vir qui impleuit deſyderiū ſuū
ex ipſis: non confundetur cum loquetur
inimicis ſuis in porta.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum Amen. Pſalmus.

Beati omnes qui timẽt dominum:
qui ambulant in viis eius.
Labores manuum tuarum quia man-
ducabis: beatus es/ et bene tibi erit.
Uxor tua ſicut vitis abundans: in late-
ribus domus tue.
Filii tui ſicut novelle olivarum: in cir-
cuitu menſe tue.
Ecce ſic benedicetur homo: qui timet
dominum.
Benedicat tibi dominus ex Sion: et vi-
deas bona Hieruſalẽ omnibus diebus vi-
te tue.
Et videas filios filiorum tuorum: pacẽ
ſuper Iſrael.
Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. ꝛc. Antiphona.
Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea
inter filias. Capitulum.
Per te dei genitrix eſt nobis vita
perdita data: que de celo ſuſcepiſti
prolem: et mundo genuiſti ſalvatorẽ. Deo
gratias. ℟ Elegit eam deus et preelegit
eam. Elegit eam deus et preelegit eam.
Verſus. Et habitare eam facit in taber-

naculo ſuo. Elegit eam deus et preelegit eam. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Elegit eam deus et preelegit eam. Verſus. Poſt partū virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Domine exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

MEntibus noſtris queſumus domine ſpiritum ſanctū benignus infunde: cuius ⁊ ſapiētia conditi ſumus/ et prouidentia gubernamur. Oratio.

PRotege dn̄e famulos tuos ſubſidiis pacis: ⁊ beate Marie ſemper virginis patrociniis confidentes: a cunctis hoſtibus redde ſecuros. Oratio.

ECcleſiam tuam queſumus domine benignus illuſtra: vt beati Joannis apoſtoli tui et euāgeliſte illuminata doctrinis/ ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad nonam de cruce.

Deus in adiutorium meũ intẽde. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemp: et in ſecula ſeculoꝝ amen. Hymnus.

Hora nona dominus Ieſus expirauit. Eli clamans / animaz patri commendauit: latus eiꝰ lancea miles pforauit: terra tunc cõtremuit / ⁊ ſol obſcurauit. Antiphona. Adoramꝰ te Chriſte ⁊ benedicimus tibi: quia per ſanctam crucẽ tuam redemiſti mundum. Verſus. Qui pro nobis paſſus es. ℟. Domine miſerere nobis.

Oremus.

Domine Ieſu Chriſte fili dei viui / pone paſſionem / crucẽ ⁊ mortẽ tuam inter iudicium tuum: ⁊ animã meam nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miſericordiam et gratiam: defunctis requiem et veniã: eccleſie tue pacem et concordiam / et nobis peccatoribus vitam et letitiam ſempiternam. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad nonam de ſancto ſpiritu.

Deus in adiutoriū meū intende.
Dn̄e ad adiuuādū me feſtina.
Gloria patri et filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc et ſemꝑ: et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.

Spiritus paracletus fuit appellatus: donum dei/charitas/fons viuificatus: ſpiritalis vnctio/ignis inflammatus: ſeptiformis gratia chariſma vocatus. An. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium/et tui amoris in eis ignem accende. ℣. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: da nobis illam ſancti ſpiritus gratiā quam diſcipulis tuis in die ſancto pentecoſtes tranſmiſiſti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorū. Amen.

¶ Ad nonam de conceptione.

Deus in adiutoriū meum intēde.
Dn̄e ad adiuuādū me feſtina.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. ⁊c. Hymnus.

Suum corpus et viſcera que dominum portauerũt: Virginalia vbera/que ipſummet lactauerũt: Beata ſint et opera tua et qui crediderunt. Añ. Conceptio tua dei genitrix virgo gaudiũ annunciauit in vniuerſo mundo. Verſus. In conſpectu altiſſimi immaculata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus.

Deus qui pro ſalute humani generis carnẽ glorioſe v̄ginis Marie aſſumere dignatus es: et ipſam ſine macula cõcipiendam ante ſecula in matrem preelegiſti: concede propitius: vt qui de eius conceptione (que fuit noſtre redẽptionis necnon temporum plenitudinis exordium) letamur: eius piis interceſſionibus ab inſtantibus periculis/ et a morte perpetua preſeruemur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuũ. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdẽ ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Ad veſperas.



Deus in adiutoriū meum intēde.
Domine ad adiuuandum me
feſtina.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in pncipio ⁊ nunc ⁊c.
ān. Beatam me dicent. Pſalmus.

Letatus ſum in his que dicta ſūt mihi: in domū domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri: in atriis tuis Hieruſalem.

Hieruſalē que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus tribus domini: teſtimonium Iſrael ad confitēdum nomini domini.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum Dauid.

Rogate que ad pacem ſunt Hieruſalem: et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos ⁊ proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domū domini dei noſtri: queſiui bona tibi.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio et nunc ⁊ ſemꝑ: et in ſecula ſeculorum amen. Pſalmus.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus

dominorum ſuorum.
Sicut oculi ancille in manibus domi-
ne ſue: ita oculi noſtri ad dominum deū
noſtrum donec miſereatur noſtri.
Miſerere noſtri domine miſerere noſtri:
quia multū repleti ſumus deſpectione.
Quia multū repleta eſt anima noſtra:
opprobriū abundātibꝰ ⁊ deſpectio ſuꝑbis.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. ⁊c. Pſalmus.
Niſi quia dominus erat in nobis
dicat nunc Iſrael: niſi quia do-
minus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos: for-
te viuos deglutiſſent nos.
Cum iraſceretur furor eorum in nos:
forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
Torrentem pertranſiuit anima noſtra:
forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquā
intolerabilem.
Benedictus dominus/ qui nō dedit nos
in captionem dentibus eorum.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt:
de laqueo venantium.
Laqueus contritus eſt: et nos liberati

ſumus.
Adiutorium noſtrũ in nomine domi-
ni: qui fecit celum et terram.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum amen. Pſalmus.
Qui confidũt in domino ſicut mõs
Sion / non cõmouebitur in eter-
num: qui habitat in Hieruſalem.
Mõtes in circuitu eius / ⁊ dñs in circui-
tu populi ſui: ex hoc nũc ⁊ vſq; in ſeculũ.
Quia non relinquet dominus virgam
peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt nõ
extendãt iuſti ad iniquitatẽ manꝰ ſuas.
Bene fac domine: bonis ⁊ rectis corde.
Declinãtes autem in obligationes: ad-
ducet dominus cum operãtibus iniqui-
tatem: pax ſuper Iſrael.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊c. Pſalmus.
In conuertendo dñs captiuitatem
Sion: facti ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum:
⁊ lingua noſtra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: magnificauit

dominus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiſcū: facti ſumus letantes.

Cōuertere domine captiuitatē noſtrā: ſicut torrens in auſtro.

Qui ſeminant in lachrimis: in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant: mittentes ſemina ſua.

Uenientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat. ãc. ãn. Beatam me dicent omnes generationes: quia ancillam humilem reſpexit deus. Capitulum.

Beata es virgo Maria que dominum portaſti creatorem mundi: genuiſti qui te fecit/ ⁊ in eternum permanes virgo. Deo gratias. Hymnus.

Aue maris ſtella/ dei mat' alma:
Atq3 ſemp virgo/ felix celi porta.
Sumēs illud aue/ Gabrielis ore: fūda nos in pace/ mutans nomen Eue.
Solue vincla reis/ profer lumen cecis: mala noſtra pelle/ bona cuncta poſce.

Monſtra te eſſe matrem / ſumat per te preces: qui pro nobis natus / tulit eſſe tuus.

Virgo ſingularis / inter omnes mitis: nos culpis ſolutos / mites fac et caſtos.

Vitã preſta purã / iter para tutum: Ut videntes Jeſum: ſemper colletemur.

Sit laus deo patri / ſummo Chriſto decus: ſpiritui ſancto / trinus honor unus. Amen. Verſus. Poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti. ℞. Dei genitrix intercede pro nobis. Antiphona. Sancta Maria. ¶ Canticum beate Marie.

Magnificat: aĩa mea dominum.

Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ãcille ſue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: et ſanctum nomen eius.

Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit

humiles.
Esurientes impleuit bonis: ⁊ diuites di
miſit inanes.
Suſcepit Iſraël puerum ſuum: recorda
tus miſericordie ſue.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros:
Abraam et ſemini eius in ſecula.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat ⁊c. an. Sancta Maria ſuc-
curre miſeris: iuua puſillanimes: refoue
flebiles/ora pro populo/interueni pro cle-
ro/intercede pro deuoto femineo ſexu.
Domine exaudi orationem meã. Et cla-
mor meus ad te veniat. Oremus.
Deus qui corda fideliũ ſancti ſpi-
ritus illuſtratiõe docuiſti: da no
bis in eodem ſpiritu recta ſapere: ⁊ de eius
ſemꝑ ſancta cõſolatione gaudere. Oratio.
Deus q̃ ſalutis eterne beate Ma
rie virginitate fecunda humano
generi premia preſtitiſti: tribue q̃ſumus:
vt ipſam pro nobis ĩtercedere ſentiamus:
per quam meruimus authorem vite ſuſci
pere. Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ
filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat

in vnitate eiuſdem ſpiritus. ꝛc. Oratio.
ECcleſiam tuam queſumus domi
ne benignus illuſtra: vt beati Jo/
annis apoſtoli tui et euangeliſte/ illumi/
nata doctrinis / ad dona perueniat ſem/
piterna. Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum. Qui tecum vi/
uit et regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus/
ſancti deus. Per oia ſecula ſeculorū. Amē.

¶ Ad veſperas de cruce.

DEus in adiutorium meū intēde.
Dñe ad adiuuandū me feſtina
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc ⁊ ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum Amen. Hymnus.
DE cruce deponitur hora veſperti
na/ Fortitudo latuit in mente di
uina/ Talem mortem ſubiit vite medici/
na/ Heu corona glorie iacuit ſupina. Añ.
Adoramus te Chriſte ⁊ benedicimus ti/
bi: quia per ſanctā crucem tuā redemi/
ſti mundū. Verſus. Qui pro nobis paſ/
ſus es, ℟. Dñe miſerere nobis. Oratio.
DOmine Jeſu Chriſte fili dei vi/
ui pone paſſionē/ crucem ⁊ mortē

tuam inter iudiciū tuum et animā meā nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miſericordiam et gratiam/ defunctis requiē et veniā/ eccleſie tue pacem et concordiam/ et nobis peccatoribus vitam ꝛ letitiam ſempiternam. Qui viuis et regnas deꝰ. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen. ¶ Ad veſpas de ſancto ſpiritu.

Deus in adiutoriū meū intēde. Dn̄e ad adiuuandū. Gloria patri. Hymnus.

Dextre dei digitus virtus ſpiritalis/ nos defēdat/ eruat ab omnibꝰ malis: vt nobis nō noceat demon īfernalis/ ſed protegat/ foueat/ nutriat ſub alis. aña Veni ſancte ſpiritus reple tuorū corda fideliū/ ꝛ tui amoris in eis ignē accēde. ℣ Emitte ſpiritum tuū ꝛ creabuntur. ℟ Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ da nobis illam ſancti ſpiritus gratiam quā diſcipulis tuis in die ſancto pentecoſtes tranſmiſiſti. Qui viuis ꝛ regnas ꝛc.

¶ Ad veſperas de conceptione.

Deus in adiutoriū meū intēde. Dn̄e ad adiuuandū. Gloria patri. Hymnus.

SAlue mater ſaluatoris que es ſo
ror inſignita. Salue quia deū pa
ris angelorum ſol ⁊ vita. Salue virgo ſin
gularis vere ſacra margarita. Salue q̄a
ſtella maris es ſine labe cōcepta. An. Cō
ceptio tua dei genitrix virgo gaudiū an
nunciauit in vniuerſo mundo. V. In con
ſpectu altiſſimi immaculata permāſiſti.
R. Dei gēitrix itercede ꝓ nobis. Oremꝰ.

DEus qui pro ſalute humani ge
neris carnē glorioſe vginis Ma
rie aſſumere dignatꝰ es: et ipſam ſine ma
cula cōcipiendam ante ſecula in matrem
preelegiſti: concede propitius: vt qui de
eius conceptione (que fuit noſtre redem
ptionis necnon temporum plenitudinis
exordium) letamur: eius piis interceſſio
nibus ab inſtantibus periculis et a morte
perpetua preſeruemur. Per dominum no
ſtrum Ieſum Chriſtuz filium tuū. Qui
tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus
ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum.
Amen.

Ad completorium.



Conuerte nos deus ſalutaris no-
ſter. Et auerte iram tuã a nobis
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandũ me feſtina.
Gloria patri et filio. Sicut erat. ſc.
An. Sancta dei genitrix. Pſalmus.

Usquequo domine obliuiſceris me
in finem: Uſquequo auertis faciē
tuam a me.
Quandiu ponā conſilia in anima mea:
dolorem in corde meo per diem.
Uſquequo exaltabitur inimicus meus
ſup me: reſpice ⁊ exaudi me dn̄e deꝰ meꝰ.
Illumina oculos meos ne vnquā ob/
dormiam in morte: nequando dicat ini/
micus meus/ preualui aduerſus eum.
Qui tribulāt me exultabūt ſi motꝰ fue
ro: ego autē in miſericordia tua ſperaui.
Exultabit cor meum in ſalutari tuo/ cā
tabo domino qui bona tribuit mihi: ⁊ pſal
lam nomini domini altiſſimi.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Pſalmus.
Iudica me deus et diſcerne cauſam
meam de gente nō ſancta: ab ho/
mine iniquo et doloſo erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea/ quare
me repuliſti: et quare triſtis incedo: dum
affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et veritatem tuā:
ipſa me deduxerunt/ et adduxerunt in

montem ſanctum tuum et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam.

Cõfitebor tibi in cithara deus deꝰ meꝰ: quare triſtis es anima mea/ et quare cõturbas me?

Spera in deo/ quoniã adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei ꝛ deus meus.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio. ꝛc. Pſalmus.

Sepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: dicat nunc Iſrael.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerũt peccatores: prolõgauerunt iniquitatẽ ſuam.

Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum confundantur et conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.

Fiant ſicut fenum tectorũ: quod priuſquam euellatur exaruit.

De quo nõ impleuit manũ ſuã qui metet: ꝛ ſinũ ſuum qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui preteribant bene-

dictio domini ſuper vos: benedixi mus vo
bis in nomine domini.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Pſalmus.
Domine non eſt exaltatum cor
meũ: neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis: neque in
mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam: ſed exal-
taui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua:
ita retributio in anima mea.
Speret Iſrael in domino: ex hoc nũc
et uſque in ſeculum.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ ſemꝑ:
et in ſecula ſeculorum amen. Hymnus.
Uirgo dei genitrix/ quẽ totus nõ
capit orbis: in tua ſe clauſit vi-
ſcera factus homo.
Uera fides geniti/ purgauit crimina
mũdi: et tibi virginitas inuiolata manet.
Te matrem pietatis/ opem te clami-
tat orbis: ſubuenias famulis/ o benedicta
tuis.

Gloria magna patri / conpar tibi gloria nate: cum ſancto ſpiritu / gloria magna patri. Amen. Capitulum.

Sicut cynamomū ⁊ balſamū aromatizans odorē dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Deo gratias. Verſus. Ecce ancilla domini. Reſponſorium. Fiat mihi ſecundū verbum tuū. Antiphona. Cum iocūditate.

Canticum Simeonis.

Nunc dimittis ſeruū tuum domine: ſecundum verbū tuū in pace.

Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuū.

Quos paraſti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue Iſrael.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio. Antiphona. Cum iocunditate memoriā beate Marie celebremus / Vt ipſa pro nobis intercedat ad dominū Ieſum Chriſtū. Oratio.

Ure igne ſancti ſpiritꝰ renes noſtros / et cor noſtrum domine: Vt tibi caſto corpore ſeruiamus / ⁊ mūdo cor=

de placeamus. **Oratio.**

Gratiam tuam queſumus domine mentibus noſtris infunde: ut q̇ angelo nũciante Chriſti filii tui incarnationem cognouimus: per paſſionem ⁊ eius crucem/ ad reſurrectionis gloriam perducamur. **Oratio.**

Ecceleſiam tuam queſumus domine benignus illuſtra: ut beati Joannis apoſtoli tui et euãgeliſte illuminata doctrinis/ ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum noſtrum.

¶ **Ad completorium de cruce.**

Conuerte nos deus ſalutaris noſter. Et auerte iram tuã a nobis

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio. **Hymnus.**

Hora completorii datur ſepulture corpus Chriſti nobile/ ſpes vite future: cõditur aromate/ cõplentur ſcripture: iugi ſit memoria mors hec mihi cure.

**Añ.** Adoramus te Chriſte et benedicimus tibi: quia per ſanctam crucem tuam

redemiſti mundum. Verſus Qui ꝑ no-
bis paſſus es. Reſponſoriū Domine mi-
ſerere nobis. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte fili dei vi-
ui pone paſſionem/crucē tuam ⁊
mortem tuā inter iudicium tuum ⁊ ani-
mā meam nunc et in hora mortis mee: et
largiri digneris viuis miſericordiā ⁊ gra-
tiam: defunctis requiem et veniā/eccleſie
tue pacem et cōcordiam: ⁊ nobis peccato-
ribꝰ vitam et letitiam ſempiternam. Qui
viuis et regnas deus. Per omnia.

¶ Recommendatio.

Has horas canonicas cū deuotiōe:
tibi Chriſte recolo pia ratione: Ut
qui pro me paſſus es amoris ardore / ſis
mihi ſolatium in mortis agone. Amen.

¶ Ad completorium de ſancto ſpiritu.

Conuerte nos deus ſalutaris no-
ſter. Et auerte irā tuā a nobis.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc et ſemp̄:
et in ſecula ſeculorum Amen. Hymnus.

Spiritus paracletus nos velit iu-uare: greſſus noſtros regere / ꝛ il-luminare: Ut cum deus venerit omnes iudicare / nos velit ad dexteram ſuam ap-pellare. an̄. Ueni ſancte ſpirit⁹ reple tuo-rum corda fidelium / et tui amoris in̄ eis ignem accēde. Verſus. Emitte ſpiritum tuum ꝛ creabuntur. Reſpōſorium. Et re-nouabis faciem terre.

Omnipotēs ſempiterne de⁹: da nobis illam ſancti ſpiritus gratiam quam diſcipulis tuis in die ſancto pēthecoſtes tranſmiſiſti. Qui viuis ꝛ regnas de⁹. Per omnia ſecula ſeculorum. Amē.

¶ Recommendatio.

Has horas canonicas cum deuoti-one / tibi ſancte ſpiritus pia ratio-ne dixi: Ut nos viſites inſpiratione / Ut viuamus iugiter celi regione. Amen.

¶ Ad completorium de conceptione.

Conuerte nos deus ſalutaris no-ſter. Et auerte irā tuā a nobis.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri. Sicut erat. Hymnus.

Matris dei cōceptio / eſt noſtre redemptionis Potiſſima inceptio atque reparationis. Et non mirū / exemptio antique contagionis Fuit / et in principio ipſius creationis. Verſus. In cōſpectu altiſſimi immaculata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Domine exaudi. Et clamor. Oratio.

Deus qui pro ſalute humani generis carnē glorioſe v̄ginis Marie aſſumere dignat⁹ es: et ipſam ſine macula cōcipiendam ante ſecula in matrem preelegiſti: concede propitius: Ut qui de eius conceptione (que fuit noſtre redemptionis necnon temporum plenitudinis exordium) letamur: eius piis interceſſionibus ab inſtantibus periculis et a morte perpetua preſeruemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuū. Qui tecum viuit et regnat in unitate ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Recommendatio.

Conceptio honore has horas Chriſte diximus Corde deuoto et ore

matris tue: quam petimus/ Ut nos mū/
das a fetore peccatorum: que fecim⁹. Pre/
cū ſuarum feruore / Ut in celo tecum ſi/
mus. Amen.

AVe cuius conceptio/ ſolēni plena gaudio: celeſtia/ terreſtria/ noua replet letitia.

Aue cuius natiuitas/ noſtra fuit ſolen/nitas: Ut lucifer lux oriens / Uerum ſolem preueniens.

Aue pia humilitas/ ſine Uiro fecūditas: cuius annūciatio/ noſtra fuit redemptio.

Aue Uera v̄ginitas/ īmaculata caſtitas: cuius purificatio/ noſtra fuit purgatio.

Aue preclara omnibus angelicis Uirtu tibus: cui⁹ fuit aſſumptio / noſtra glori/ficatio. Verſus. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promiſ/ſionibus Chriſti. Oratio.

DEus qui nos conceptionis/ nati/uitatis/ annunciationis/ purifi/cationis/ et aſſūptionis beate Marie Uir ginis gaudia recolendo letificas: concede nobis ſic eius laudibus digne inſiſtere: Ut eam in omni neceſſitate et anguſtia: pre/

cipue in hora mortis/aſſiſtricem et auxi-
liatricem ſentiamus: et tecum poſt mortē
per ipſaz ⁊ cū ipſa gaudere mereamur in
celis. Per te Jeſu Chriſte ſaluator mūdi
Qui cū patre et ſpiritu ſancto viuis ⁊ re
gnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum.
Amen.

AVe regina celorū. Aue dn̄a ange
lorū. Salue radix ſancta: ex qua
mundo lux eſt orta. Gaude glorioſa ſup
omnes ſpecioſa. Vale valde decora/ et pro
nobis ſemper Chriſtum exora.

¶ Canticum filiorum Eue.

SAlue regina miſericordie / vita /
dulcedo/ et ſpes noſtra ſalue. Ad
te clamamꝰ exules filii Eue. Ad te ſuſpi
ramus gementes et flentes in hac lachry
marum valle. Eia ergo aduocata noſtra/
illos tuos miſericordes oculos ad nos cō-
uerte. Et Jeſum benedictum fructū ven-
tris tui nobis poſt hoc exilium oſtēde. O
clemens/ O pia/ O dulcis v̄go Maria.

¶ Antiphona de beata Maria.

INuiolata/ integra ⁊ caſta es Ma
ria. Que es effecta fulgida celi porta.

O mater alma Chriſti chariſſima.
Suſcipe pia laudum preconia.
Noſtra vt pura pectora ſint et corpora.
Te nunc flagitant deuota corda et ora.
Tua per precata dulciſona/
Nobis concedas veniam per ſecula/
O benigna. O regina. O Maria. Que
ſola inuiolata permanſiſti.

¶ Alia antiphona metrica.

Alma redemptoris mater/que p/
uia celi. Porta manes: et ſtella
maris/ſuccurre cadēti Surgere qui curat
populo. tu que genuiſti/ Natura mirāte/
tuum ſanctū genitorem. Virgo prius /ac
poſterius: Gabrielis ab ore Sumens il/
lud aue/ peccatorum miſerere.

¶ Sequuntur ſeptem pſalmi penitentia
les. an. Ne reminiſcaris. Pſalmus.



DOmine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Miſerere mei domine/ quoniam īfirmus ſum: ſana me domine/ quoniam cōturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu

domine vſquequo.

Cõuertere domine/ ⁊ eripe animã meam: ſaluum me fac propter miſericordiã tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autẽ q̃s cõfitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo/ lauabo per ſingulas noctes lectum meũ: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt a furore oculus me⁹: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit domin⁹ deprecationem meam: dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant et conturbentur vehemẽter omnes inimici mei: conuertantur ⁊ erubeſcant valde velociter.

Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.

Beati/ quorum remiſſe ſunt iniq̀tates: ⁊ quorũ tecta ſunt peccata.

Beatus vir/ cui non imputauit domin⁹ peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.

Quoniam tacui/ inueterauerunt oſſa

mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata eſt ſup me manus tua: cōuerſus ſum in erumna mea dum configitur ſpina.

Delictum meum cognitum tibi feci: et iniuſtitiam meam non abſcondi.

Dixi/confitebor aduerſum me iniuſti/tiam meam domino: & tu remiſiſti impi/etatem peccati mei.

Pro hac/orabit ad te omnis ſanctus: in tempore oportuno.

Veruntamen in diluuio aquarū mul/tarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea/erue me a circundantibus me.

Intellectum tibi dabo/ et inſtruam te in via hac/qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.

Nolite fieri ſicut equus et mulus: quib9 non eſt intellectus.

In chamo et freno maxillas eorum cō ſtringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: ſperātem au tem in domino miſericordia circundabit.

Letamini in domino et exultate iuſti:
et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Pſalmus.
Domine ne in furore tuo arguas
me: neqʒ in ira tua corripias me.
Quoniam ſagitte tue infixe ſunt mihi:
et confirmaſti ſuper me manum tuam.
Non eſt ſanitas in carne mea a facie ire
tue: non eſt pax oſſibus meis a facie pec-
catorum meorum.
Quoniam iniquitates mee ſupergreſſe
ſunt caput meū: et ſicut onus graue gra-
uate ſunt ſuper me.
Putruerunt et corrupte ſunt cicatrices
mee: a facie inſipientie mee.
Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum uſque
in finē/ tota die contriſtatus ingrediebar.
Quoniā lūbi mei impleti ſunt illuſio-
nib⁹: et non eſt ſanitas in carne mea.
Afflictus ſum ⁊ humiliat⁹ ſum nimis:
rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine āte te omne deſideriū meum:
⁊ gemit⁹ meus a te nō eſt abſconditus.
Cor meum conturbatum eſt: dereliquit

me virtus mea:et lumen oculorum meo-
rum/et ipſum non eſt mecum.

Amici mei ⁊ proximi mei:aduerſum me
appropinquauerunt et ſteterunt.

Et qui iuxta me erāt de lōge ſteterūt:⁊
vim faciebāt qui querebāt animā meā.

Et qui īquirebāt mala mihi locuti ſunt
vanitates:⁊ dolos tota die meditabātur.

Ego autem tanquā ſurdus non audie-
bā:et ſicut mutus non aperiēs os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens:
et non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te domine ſperaui:tu ex-
audies me domine deus meus.

Quia dixi nequando ſupergaudeāt mi
hi inimici mei: ⁊ dū commouentur pedes
mei ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella parat⁹ ſum:⁊
dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annūci-
abo:et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt et confirma
ti ſunt ſuper me: et multiplicati ſunt qui
oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detra-

hebant mihi: quoniā ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine deus meus: ne diſceſſeris a me.

Intende in adiutorium meum: domine deus ſalutis mee.

Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.

Miſerere mei deus: ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meā ego cognoſco: et peccatū meum contra me eſt ſemꝑ.

Tibi ſoli peccaui/ ⁊ malum coram te feci: ut iuſtificeris in ſermonibus tuis ⁊ vincas cum iudicaris.

Ecce enī in iniquitatibus cōceptus ſum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta ⁊ occulta ſapientie tue manifeſtaſti mihi.

Aſperges me domine hyſopo et mūdabor: lauabis me/ et ſuper niuē dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et letitiā: et exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis:et
omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus: ⁊ ſpiri-
tum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: ⁊ ſpiritū ſan
ctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi letitiā ſalutaris tui: et ſpi-
ritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas : et impii ad
te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus deus deus ſa
lutis mee: et exultabit lingua mea iuſti-
tiam tuam.
Domine labia mea aperies:et os meum
annunciabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſ
ſem: vtiqȝ holocauſtis non delectaberis.
Sacrificiū deo ſpiritus cōtribulat⁹: cor
cōtritū ⁊ humiliatum deus nō deſpicies.
Benigne fac domine in bona voluntate
tua Sion: vt edificentur muri Hieruſalē.
Tunc acceptabis ſacrificiū iuſtitie ob-
lationes et olocauſta: tunc imponent ſu-
per altare tuum vitulos.
Gloria patri et filio. Pſalmus.

Domine exaudi orationem meã: et clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuã a me in quacũque die tribulor: inclina ad me aurẽ tuã.

In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: et oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum vt fenũ/ ⁊ aruit cor meum: quia oblitus ſũ comedere panẽ meũ.

A voce gemitus mei: adheſit os meum carni mee.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis/ fact⁹ ſũ ſicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui/ et factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabãt mihi ĩimici mei: ⁊ q̃ laudabãt me/ aduerſum me iurabãt.

Quia cinerem tanquam panem manducabam: ⁊ potum meum cum fletu miſcebam.

A facie ire indignationis tue: quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: et ego ſicut fenum arui.

Tu autem domine in eternum perma-
nes: et memoriale tuum in generatione et
generationem.

Tu exurgēs domine miſereberis Sion/
quia tempus miſerendi eius / quia venit
tempus.

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapi-
des eius: et terre eius miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomē tuum dñe: et
omnes reges terre gloriam tuam.

Quia edificauit dominus Sion: ⁊ vide-
bitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium: ⁊ non
ſpreuit precem eorum.

Scribantur hec in generatione altera: ⁊
populus qui creabitur laudabit dominū.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: do
minus de celo in terram aſpexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: vt
ſolueret filios interemptorum.

Vt annuncient in Sion nomē domini: ⁊
laudem eius in hieruſalem.

In conueniendo populos in vnum: ⁊ re
ges vt ſeruiant domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſue: paucita

tem dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ:
in generatione et generationem anni tui.
Initio tu domine terram fundaſti: ⁊ o-
pera manuum tuarum ſunt celi.
Ipſi peribunt tu autem permanes: ⁊ om
nes ſicut veſtimentum veteraſcent.
Et ſicut opertorium mutabis eos et mu
tabuntur: tu autem idem ipſe es: et anni
tui non deficient.
Filii ſeruorum tuorum habitabunt: et ſe
men eorum in ſeculum dirigetur.
Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.
De profundis clamaui ad te domi
ne: domine exaudi vocē meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem
deprecationis mee.
Si iniquitates obſeruaueris domine: do
mine quis ſuſtinebit?
Quia apud te propiciatio eſt: et propter
legem tuam ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eiꝰ: ſpe-
rauit anima mea in domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem:
ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericordia: et
copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus ini
quitatibus eius.
Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.
Domine exaudi orationem meã
auribꝰ percipe obſecrationẽ meã:
in veritate tua exaudi me ĩ tua iuſtitia.
Et non intres in iudicium cũ ſeruo tuo:
quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo
omnis viuens.
Quia perſecutus eſt inimicus aĩam me
am: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos
ſeculi: ⁊ anxiatus eſt ſuper me ſpiritꝰ me
us/ in me turbatum eſt cor meum.
Memor fui dierum antiquorum/ medita
tus ſum in omnibus operibus tuis: et in
factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima
mea ſicut terra ſine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: defecit ſpi
ritus meus.
Non auertas faciem tuam a me: ⁊ ſimi-
lis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiam
tuam: quia in te ſperaui.
Notã fac mihi viam in qua ambulem:
quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine: ad
te confugi: doce me facere voluntatem tu
am/ quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bon⁹ deducet me in ter/
ram rectam: propter nomen tuum domi/
ne viuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam meam:
ꝛ in miſericordia tua diſperdes omnes ini
micos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animã
meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ꝛ nunc et ſemꝑ:
ꝛ in ſecula ſeculorũ amẽ. An. Ne remini/
ſcaris dñe delicta noſtra/ vel parentũ no/
ſtrorũ/ neque vindictam ſumas de pecca/
tis noſtris. Parce dñe parce populo tuo/
quẽ redemiſti precioſo ſanguine tuo/ ne
in eternum iraſcaris nobis. Litanie.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Ky
rie eleiſõ. Chriſte eleiſõ. Chri/

ſte audi nos. Pater de celis deus/ Mi-
ſerere nobis. Fili redēptor mundi deus/
Miſerere nobis.

Spiritus ſancte deus/ Miſerere nobis.
Sancta trinitas unus deus/ Miſerere
nobis.

Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora pro nobis.
Sancta virgo virginũ / ora pro nobis.
Sancte Michael or.
Sancte Gabriel or.
Sancte Raphael or.
Oēs ſancti angeli et archangeli dei/ or. t
Omnes ſancti beatorum ſpirituum or-
dines Orate pro nobis.
Sancte Joannes baptiſta or.
Omnes ſancti patriarche et ꝓphete/ o-
rate pro nobis.
Sancte Petre or.
Sancte Paule or.
Sancte Andrea Ora pro nobis
Sancte Jacobe or.
Sancte Joannes Ora pro nobis
Sancte Philippe or.
Sancte Bartholomee or.

Sancte Thoma oꝛ
Sancte Matthee oꝛ
Sancte Jacobe oꝛ
Sancte Simon Oꝛa pꝛo nobis
Sancte Thadee oꝛ
Sancte Matthia oꝛ
Sancte Barnaba oꝛ
Sancte Luca Oꝛa pꝛo nobis
Sancte Martialis oꝛ
Omnes ſancti apoſtoli et euangeliſte/ Oꝛate pꝛo nobis.
Oēs ſancti diſcipuli dn̄i/oꝛate pꝛo nobis.
Omnes ſancti innocētes/oꝛate ꝑ nobis.
Sancte Stephane oꝛ
Sancte Clemens oꝛ
Sancte Corneli Oꝛa pꝛo nobis
Sancte Fabiane oꝛ
Sancte Sebaſtiane oꝛ
Sancte Laurenti Oꝛa pꝛo nobis
Sancte Vincenti oꝛa
Sancte Thoma oꝛ
Sancte Geruaſi oꝛa
Sancte Pꝛothaſi Oꝛa pꝛo nobis
Sancte Dionyſi cū ſociis tuis oꝛate
Sancte Maurici cum ſociis tuis/oꝛate

Sancte Euſtachi cum ſociis tuis/ orate pro nobis
Sancte Georgi ora
Sancte Eutropi or
Sancte Quintine Ora pro nobis
Omnes ſancti martyres orate p̄ nobis
Sancte Gregori or
Sancte Carole ora
Sancte Ambroſi or
Sancte Auguſtine Ora pro nobis
Sancte Hieronyme or
Sancte Remigi ora
Sancte Marcelle or
Sancte Nicolae Ora pro nobis
Sancte Elegi or
Sancte Egidi ora
Sancte Juliane or
Sancte Benedicte Ora pro nobis
Sancte Maure or
Sancte Leobine ora
Sancte Sulpici or
Sancte Leonarde Ora pro nobis
Omnes ſancti confeſſores orate
Sancta Anna or
Sancta Maria Magdalena ora

Sancta Agatha or.
Sancta Agnes ora
Sancta Lucia or.
Sancta Cecilia Ora pro nobis
Sancta Caterina or.
Sancta Barbara ora
Sancta Genoueſa or.
Sancta Fides Ora pro nobis
Sancta Spes or.
Sancta Charitas ora

Omnes ſancte virgines et vidue / orate pro nobis.

Oēs ſancti ⁊ ſancte dei: orate pro nobis.

Propitius eſto / parce nobis domine.

Ab omni malo / libera nos domine.

Ab inſidiis diaboli / libera nos domine.

A damnatione perpetua / libera nos dn̄e.

A ſpiritu fornicationis / libera nos dn̄e.

Ab appetitu inanis glorie / libera nos domine.

Ab ira et odio ⁊ omni mala voluntate / libera nos domine.

A cecitate cordis / libera nos domine.

A fulgure et tēpeſtate / libera nos dn̄e.

A ſubitanea et improuiſa morte / libera

nos domine.
Per myſterium ſancte icarnationis tue/
libera nos domine.
er aduentum tuum/ libera nos dñe.
er natiuitatem tuam/ libera nos dñe.
Per paſſionem et crucem tuam: libera
nos domine.
Per glorioſam reſurrectionem tuam/ li-
bera nos domine.
Per admirabilem aſcẽſionem tuam/ li-
bera nos domine.
Per gratiam ſancti ſpiritus paracleti/
libera nos domine.
In hora mortis/ ſuccurre nobis domine.
In die iudicii/ libera nos domine.
Peccatores/ te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones / te rogamus au
di nos.
Ut miſericordia ꝛ pietas tua nos cuſtodi
at/ te rogamus audi nos.
Ut eccleſiã tuam ſanctam et immacu-
latam regere et defenſare digneris / te ro-
gamus audi nos.
Ut omnibus benefactoribus noſtris ſẽ-
piterna bona retribuas te rogamꝰ audi nos

Ut omnibꝰ fidelibus defunctis requiem eternam dones/te rogamus audi nos.

Ut omnia peccata nobis dimittas/te rogamus audi nos.

Ut nos exaudire digneris/ te rogamꝰ.

Fili dei / te rogamus audi nos. ter dr.

Agnus dei qui tollis peccata mundi/ parce nobis domine.

Agnus dei qui tollis peccata mūdi/ exaudi nos domine.

Agnus dei qui tollis peccata mūdi/ dona nobis pacem. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera nos. A porta inferi. Erue domine animas eorū. Oremus pro cunctis fidelibus defunctis. Requiē eternaꝫ dona eis domine. Et lux ꝑpetua luceat eis. Requieſcant in pace. Amen. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus cui propriū eſt miſereri ſēp et parcere/ſuſcipe deprecationem noſtram: ut quos delictorum catena conſtringit/miſeratio tue pietatis abſoluat

Oratio.

Inclina domine aurē tuam ad preces noſtras/quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur/Vt animam famuli tui/ et animas omnium fidelium defunctorum/quas de hoc ſeculo migrare iuſſiſti: in pacis ac lucis regione cōſtitutas: et ſanctorū tuorū iubeas eſſe cōſortes.

Oratio pro rege

Queſumus omnipotens deus: Vt famulus tuus rex noſter. N. qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula / Virtutum etiam omniū percipiat incrementa: quibus decenter ornatus/⁊ vitiorum monſtra deuitare et hoſtes ſuperare: et ad te (qui Via/Veritas et Vita es) gratioſus Valeat peruenire. Oratio.

Deus Venie largitor ⁊ humane ſalutis amator: queſumus clemētiam tuam /Vt noſtre cōgregationis fratres/ſorores/ parentes/ amicos/et benefactores noſtros qui ex hoc ſeculo trāſierūt: beata Maria ſemper Virgine intercedēte cum omnibus ſanctis tuis/ad ꝑpetue beatitudinis conſortium peruenire concedas. Oratio.

Fidelium deus omnium cōditor ⁊ redemptor / animabus famulorū famularumqꝫ tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: Ut indulgētiā quam ſemper optauerunt / piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis et regnas deus / per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Requieſcant in pace. Amen.

¶ Sequuntur vigilie mortuorum. Ad veſperas. aā. Placebo. Pſalmus.



Dilexi/ quoniam exaudiet domi-
nus vocem orationis mee.
Quia inclinauit aurem ſuam mihi : et
in diebus meis inuocabo.
Circumdederunt me dolores mortis : et
pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem et dolorem inueni: ⁊ no
men domini inuocaui.
O domine libera animam meam/miſeri-
cors dominus et iuſtus: et deus noſter mi
ſeretur.
Cuſtodiens paruulos dominus: humi-
liatus ſum/et liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tu-
am: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animā meā de morte: ocu
los meos a lachrymis/pedes meos a lapſu
Placebo domino: in regione viuorum.
Requiem eternā dona eis domine: ⁊ lux
perpetua luceat eis. an. Placebo domino:
in regione viuorum. Antiphona.
Heu me. Pſalmus.
Ad dominum cū tribularer cla-
maui: et exaudiuit me.
Domine libera animam meam a labiis
iniquis: et a lingua doloſa.
Quid detur tibi / aut quid apponatur ti
bi ad linguam doloſam?
Sagitte potentis acute: cum carbonib⁹
deſolatoriis.
Hei mihi/quia incolatus meus prolon-

gatus eſt/habitaui cum habitantibꝰ Ce/
dar: multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem eram pa/
cificus: cum loquebar illis impugnabant
me gratis.
Requiem eternã dona eis domine: ⁊ lux
perpetua luceat eis. Antiphona. Heu me/
quia incolatus meus prolõgatus eſt. An.
Dominus. Pſalmus.
Leuaui oculos meos in montes:
vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum a domino: qui fecit ce
lum et terram.
Non det in commotionem pedem tuũ:
neque dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit/neqꝫ dormiet: qui
cuſtodit Iſrael.
Dominus cuſtodit te/dominꝰ protectio
tua: ſuper manum dexteram tuam.
Per diẽ ſol nõ vret te: neqꝫ luna ꝑ noctẽ.
Dominꝰ cuſtodit te ab omni malo: cu/
ſtodiat animam tuam dominus.
Dominus cuſtodiat introitũ tuũ ⁊ ex/
itũ tuum: ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculum.
Requiem eternam dona eis domine. An.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cu-
ſtodiat animam tuam dominus. Aña.
Si iniquitates. Pſalmus.

De profundis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propiciatio eſt: et propter legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eiꝰ: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericordia: ⁊ copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

Requiem eternam. an. Si iniquitates obſeruaueris domine/ domine quis ſuſtinebit. an. Opera. Pſalmus.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audiſti verba oris mei.

In cõſpectu angelorum pſallã tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum/ et confitebor nomini tuo.

Super miſericordia tua et veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.

In quacunque die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutẽ.

Confiteãtur tibi dñe omnes reges terre / quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantẽt in viis domini: quoniam magna eſt gloria domini.

Quoniam excelſus domin⁹ et humilia reſpicit: et alta a longe cognoſcit.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me/ ꝗ ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam et ſaluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me domine miſericordia tua in ſeculum: opera manuum tuarum ne deſpicias.

Requiem eternam dona eis domine.

Antiphona. Opera manuũ tuarum domine ne deſpicias. Antiphõa. Qui Lazarum.

Canticum beate Marie.

Magnificat anima mea dominū.

Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enim ex hoc beatam me dicent oēs generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: et ſanctum nomen eius.

Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles.

Eſurientes impleuit bonis: ꝛ diuites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordie ſue.

Sicut locut⁹ eſt ad patres noſtros: Abraam et ſemini eius in ſecula.

Requiem. Añ. Qui Lazarū reſuſcitaſti a monumento fetidum: tu eis domine dona requiem et locum indulgentie.

Pater noſter. Et ne nos. Sed libera. ℣. In memoria eterna erunt iuſti. Reſpōſo.

Ab auditione mala non timebunt. Vſus.
A porta inferi. ℞. Erue domine animas
eorum. Vſus. Credo videre bona domini.
Reſpõſoriū. In terra viuētium. Pſalm⁹.

LAuda anima mea dominū/ lau-
dabo dominū in vita mea: pſal-
lam deo meo quandiu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filiis
hominum in quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpiritus eius et reuertetur in ter-
ram ſuam: in illa die peribunt omnes co-
gitationes eorum.

Beatus cuius deus Jacob adiutor eius/
ſpes eius in domino deo ipſi⁹ qui fecit ce-
lū et terrā: mare et omnia que in eis ſūt.

Qui cuſtodit veritatem in ſeculum/ fa-
cit iudicium iniuriam patientibus: dat eſ-
cam eſurientibus.

Dominus ſoluit compeditos: dominus
illuminat cecos.

Dominus erigit eliſos: dominus dili-
git iuſtos.

Domin⁹ cuſtodit aduenas/ pupillum et
viduā ſuſcipiet: et vias peccatorū diſpdet.

Regnabit dominus in ſecula deus tuus

Sion in generatione et generationem.
Requiem eternã dona eis domine: ⁊ lux
perpetua luceat eis. ℣. Requieſcãt in pa-
ce. Amen. Domine exaudi orationẽ me-
ã. Et clamor me⁹ ad te veniat. Oratio.

Inclina domine aurem tuã ad pre-
ces noſtras quibus miſericordiam
tuam ſupplices deprecamur: Ut animam
famuli tui / et animas omnium fidelium
defunctorum quas de hoc ſeculo migrare
iuſſiſti in pacis ac lucis regione conſtitu-
as: et ſanctorum tuorum iubeas eſſe cõſor-
tes. Oratio.

Deus venie largitor ⁊ humane ſa-
lutis amator / queſumus clemen-
tiam tuam / Ut noſtre cõgregationis fra-
tres / ſorores / parẽtes / amicos / ⁊ benefacto-
res noſtros qui ex hoc ſeculo tranſierunt:
beata Maria ſemper virgine intercedẽte
cum omnib⁹ ſanctis tuis ad perpetue bea-
titudinis conſortium pervenire concedas.

Oratio.

Fidelium deus omnium conditor ⁊
redẽptor / animab⁹ famulorũ fa-
mulatumque tuarũ remiſſionẽ cunctorũ

tribue peccatorum: Ut indulgentiam quā
ſemper optauerunt/ piis ſupplicationibus
cōſequātur. Qui viuis et regnas deꝰ: per
omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad matutinas. Aña. Dirige. Pſalmꝰ.

Verba mea auribus percipe domi
ne: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis mee: rex meus
et deus meus.

Quoniam ad te orabo domine: mane ex
audies vocem meam.

Mane aſtabo tibi et videbo: quoniam nō
deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignꝰ: neq;
permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes qui operātur iniq̄tatē: per
des omnes qui loquuntur mendacium.

Virum ſanguinum et doloſum abomi-
nabitur dominus: ego autem in multitu-
dine miſericordie tue.

Introibo in domū tuā: adorabo ad tē-
plum ſanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iuſtitia tua pro-
pter inimicos meos: dirige in cōſpectu tuo
viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorum veritas:
cor eorum vanum eſt.
Sepulchrũ patens eſt guttur eorũ/ lin-
guis ſuis doloſe agebãt: iudica illos de⁹.
Decidant a cogitationibus ſuis/ ſecũdũ
multitudinẽ impietatũ eorũ expelle eos/
quoniam irritauerunt te domine.
Et letẽtur omnes qui ſperãt in te in eter
num exultabunt: et habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui dili-
gũt nomẽ tuũ: quoniã tu benedices iuſto
Domine/ vt ſcuto bone voluntatis tue
coronaſti nos.
Requiem eternã dona eis domine: et lux
perpetua luceat eis. Añ. Dirige domine
deus meus in cõſpectu tuo viam meam.
Antiphona. Conuertere. Pſalmus. Do
mine ne. Vt ſupra in ſeptem pſalmis.
Añ Conuertere domine et eripe animam
meã: quoniam non eſt in morte qui me-
mor ſit tui. Aña. Nequando. Pſalmus.
Domine deus me⁹ in te ſperaui/
ſaluum me fac ex omnibus per-
ſequentibus me/ et libera me.
Nequando rapiat vt leo animã meam:

dũ non eſt q̇ redimat/neq̧ q̇ ſaluũ faciat.
Domine deus me⁹ ſi feci iſtud:ſi eſt ini
quitas in manibus meis.
Si reddidi retribuentibus mihi mala:
decidam merito ab inimicis meis inanis.
Perſequatur inimicus animam meam
et cõprehẽdat/ ꝛ cõculcet in terra vitã me
am:et gloriã meã in puluerem deducat.
Exurge domine in ira tua/ et exaltare
in finibus inimicorum meorum.
Et exurge domine deus meus in prece-
pto quod mandaſti:et ſynagoga populo-
rum circundabit te.
Et ꝓpter hanc in altum regredere: do-
minus iudicat populos.
Iudica me domine ſecundum iuſtitiam
meam: et ſecundum innocentiam meam
ſuper me.
Cõſumetur nequitia peccatorũ et diri-
ges iuſtum: ſcrutans corda ꝛ renes deus
Iuſtum adiutorium meũ a domino/qui
ſaluos facit rectos corde.
Deus iudex iuſtus fortis et patiẽs:nu-
quid iraſcitur per ſingulos dies?
Niſi conuerſi fueritis/ gladium ſuũ vi-

brauit: arcum ſuũ tetẽdit ⁊ parauit illũ.
Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas
ſuas ardentibus effecit.
Ecce parturit iniuſtitiam/cõcepit dolo/
rem: et peperit iniquitatem.
Lacum aperuit et effodit eum: et incidit
in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: ⁊
in verticẽ ipſiꝰ iniquitas eius deſcendet.
Confitebor domino ſecundũ iuſtitiam
eius: et pſallã nomini domini altiſſimi.
Requiẽ eternã. Aña. Nequando rapiat
vt leo animã meam: dũ non eſt qui redi/
mat/neq; qui ſaluũ faciat. ℣ſus. A porta
inferi. ℟. Erue domine animas eorũ. Pa/
ter noſter. Et ne nos. Lectio prima.

Parce mihi domine: nihil enĩ ſunt
dies mei. Quid eſt homo q̃a ma/
gnificas eũ: aut quid apponis erga eũ cor
tuũ? Viſitas eũ diluculo: et ſubito probas
illũ. Vſq; quo non parcis mihi: nec dimit
tis me/vt glutiã ſaliuã meam? Peccaui.
Quid faciã tibi o cuſtos hominum? Qua
re poſuiſti me cõtrariũ tibi: et factus ſum
mihimetipſi grauis? Cur non tollis pec/

catum meū: et quare non aufers iniqui-
tatē meam? Ecce nūc in puluere dormio:
& ſi mane me queſieris non ſubſiſtam. ℟.
Qui Lazarū reſuſcitaſti a monumento
fetidū. Tu eis dn̄e dona requiē/ et locum
indulgentie. ℣ſus. Qui venturus es iudi-
care viuos et mortuos/ et ſeculū per ignē.
Tu eis domine. Lectio ſecunda.

Tedet animā meam vite mee: di-
mittā aduerſū me eloquiū me-
um. Loquar in amaritudine anime mee.
Dicam deo/ noli me condemnare. Indica
mihi/ cur me ita iudices? Nūquid bonū ti
bi videtur ſi calūnieris et opprimas me o
pus manuū tuarū: et conſiliū impiorū ad
iuues? Nūquid oculi carnei tibi ſunt: aut
ſicut videt homo et tu videbis? Nunquid
ſicut dies hominis dies tui: et anni tui ſi-
cut humana ſunt tēpora? Ut queras iniq̄
tatē meā: et peccatū meum ſcruteris. Et
ſcias q̄a nihil impiū fecerim: cū ſit nemo
q̄ de manu tua poſſit eruere. Reſpōſoriū.
Credo quod redēptor meus viuit: & in no
uiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et
in carne mea videbo deum ſaluatorē me-

um. ꝟſus. Quem viſurus ſum ego ipſe et non aliꝰ/ et oculi mei conſpecturi ſunt. Et in carne mea videbo deū. Lectio tertia.

MAnus tue domine fecerunt me/ ⁊ plaſmauerunt me totū in circuitu: et ſic repente precipitas me. Memēto queſo quod ſicut lutū feceris me: et in puluerem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me: et ſicut caſeū me coagulaſti? Pelle ⁊ carnibus veſtiſti me: oſſibꝰ et neruis compegiſti me. Vitā ⁊ miſericordiā tribuiſti mihi: ⁊ viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. ℟. Hei mihi domine quia peccaui nimis in vita mea / quid faciam miſer/ vbi fugiam niſi ad te deꝰ meus? miſerere mei Dum veneris in nouiſſimo die Verſꝰ. Anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine ſuccurre ei. Dum veneris in nouiſſimo die. Aña. In loco. Pſalmus.

DOminus regit me et nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Reduxit me ſuper ſemitas iuſtitie: pro-

pter nomen ſuum.

Nam et ſi ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala / quoniam tu mecum es.

Uirga tua et baculus tuus: ipſa me cõſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam: aduerſus eos qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: ⁊ calix meus inebrians quam preclarus eſt.

Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vite mee.

Et vt inhabitem in domo domini: in lõgitudinem dierum.

Requiem. Aña. In loco paſcue ibi me collocauit. Antiphona Delicta. Pſalm9.

Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam.

Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinẽt te non confundẽtur.

Confundantur omnes iniqua agentes ſuperuacue.

Uias tuas domine demonſtra mihi: et ſemitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus ſaluator meus/ et te ſuſtinui tota die.

Reminiſcere miſerationū tuarum dñe: et miſericordiarū tuarū que a ſeculo ſūt.

Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne memineris.

Secundū miſericordiā tuam memento mei tu: propter bonitatem tuaꝫ domine.

Dulcis et rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mãſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.

Vniuerſe vie domini miſericordia ⁊ veritas/ requirentibus teſtamentum eius: et teſtimonia eius.

Propter nomen tuum dñe propiciaberis peccato meo: multum eſt enim.

Quis eſt homo qui timet dominum: legem ſtatuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: ⁊ ſemen eius hereditabit terram.

Firmamentū eſt dñs timentibus eū: et teſtamentū ipſius vt manifeſtetur illis.

Oculi mei ſemper ad dominū: quoniam

ipſe euellet de laqueo pedes meos.
Reſpice in me ⁊ miſerere mei: quia vni-
cus et pauper ſum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicate
ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam et laborē me-
um: et dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos quoniam multi-
plicati ſunt: et odio iniquo oderunt me.
Cuſtodi animam meam ⁊ erue me/ nō
erubeſcam quoniam ſperaui in te.
Innocentes et recti adheſerunt mihi:
quia ſuſtinui te.
Libera deus Iſrael: ex omnibus tribu-
lationibus ſuis.
Requiem eternam dona eis domine. ⁊c.
Aña. Delicta iuuentutis mee et ignorā-
tias meas ne memineris dn̄e. Antiphōa.
Credo. Pſalmus.
Dominus illuminatio mea ⁊ ſa-
lus mea/ quem timebo?
Dn̄s ꝓtector vite mee: a quo trepidabo.
Dum appropiant ſuper me nocētes: vt
edant carnes meas.
Qui tribulāt me inimici mei: ipſi infir-

mati ſunt et ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non
timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me prelium: in
hoc ego ſperabo.
Vnam petii a domino/ hanc requiram:
Vt inhabitem in domo domini omnibus
diebus vite mee.
Vt videam voluntatem domini: et vi-
ſitem templum eius.
Quoniam abſcondit me in tabernaculo
ſuo in die malorum: protexit me in abſcõ-
dito tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me: et nunc exalta-
uit caput meum ſuper inimicos meos.
Circuiui et immolaui in tabernaculo
eius/ hoſtiam vociferationis cantabo: et
pſalmum dicam domino.
Exaudi domine vocẽ meã qua clamaui
ad te: miſerere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum/ exquiſiuit te faci-
es mea: faciem tuam domine requiram.
Non auertas faciem tuam a me: ne decli-
nes in ira a ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto ne derelinquas me/

neque deſpicias me deus ſalutaris meus.
Quoniã pater meꝰ et mater mea dere-
liquerunt me: dñs autem aſſumpſit me.
Legem pone mihi domine in via tua: et
dirige me in ſemita recta propter inimi-
cos meos.
Ne tradideris me in animas tribulãtiũ
me: quoniã inſurrexerũt in me teſtes ini
qui/ et mentita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona dñi: ĩ terra viuẽtiũ.
Expecta dominum/ viriliter age/ et cõ
fortetur cor tuum: et ſuſtine dominum.
Requiem eternam. Aña. Credo videre
bona domini in terra viuentium. Verſus.
In memoria eterna erunt iuſti. Reſpõſo.
Ab auditione mala non timebunt. Pater
noſter. Et ne nos. Lectio quarta.

Quantas habeo iniquitates/ ꝛ pec-
cata/ ſcelera mea atq; delicta oſtẽ
de mihi. Cur faciem tuã abſcondis/ et ar-
bitraris me inimicum tuũ? Contra foliũ
quod vento rapitur oſtẽdis potentiã tuã:
et ſtipulã ſiccam perſequeris. Scribis enĩ
contra me amaritudines: ꝛ cõſumere me
vis peccatis adoleſcentie mee. Poſuiſti in

neruo pedem meum/ et obſeruaſti omnes
ſemitas meas: et veſtigia pedū meorum
conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumē-
dus ſum: et quaſi veſtimentū quod come-
ditur a tinea. ℟. Ne recorderis peccata
mea domine/ Dum veneris iudicare ſecu-
lum per ignem. ℣. Amplius laua me do-
mine ab iniuſtitia mea/ et a delicto meo
mūda me. Dum veneris iudicare ſeculū
per ignem. Lectio quinta.

HOmo natus de muliere breui vi-
uens tēpore/ repletur multis miſe-
riis. Qui quaſi flos egreditur et conteri-
tur/ et fugit velut vmbra: et nunquam in
eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis
ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos: et
adducere eum tecum in iudicium? Quis
poteſt facere mūdum de immundo con-
ceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es?
Breues dies hominis ſunt: numerꝰ mē-
ſium eius apud te eſt. Conſtituiſti termi-
nos eius: qui preteriri non poterunt. Rece-
de ergo paululum ab eo vt quieſcat donec
optata veniat: ⁊ ſicut mercenarii dies eꝰ.
Reſponſoriū. Domine quādo veneris iu-

dicare noli me condemnare. Quia pecca-
ui nimis. ꝛc. Lectio ſexta.

Quis mihi hoc tribuat Vt in infer-
no protegas me/ ⁊ abſcondas me:
donec pertranſeat furor tuus/ ⁊ cōſtituas
mihi tempꝰ in quo recorderis mei? Putas
ne mortuꝰ homo rurſum Viuat? Cunctis
diebꝰ q̄bꝰ nūc milito expecto donec Veniat
immutatio mea? Vocabis me/ et ego reſ-
pondebo tibi. Operi manuum tuarū por-
riges dexteram. Tu quidem greſſꝰ meos
dinumeraſti/ ſed parce peccatis meis. ℞.
Peccantē me quotidie et non me peniten-
tem/ timor mortis cōturbat me. Quia in
īferno nulla eſt redemptio/ miſerere mei
deus ⁊ ſalua me. ℣. De profundis clama-
ui ad te domine: dn̄e exaudi Vocē meam.
Quia. Añа. Dn̄e abſtraxiſti. Pſalmus.

Exaltabo domine quoniam ſuſcepi-
ſti me: nec delectaſti inimicos me-
os ſuper me.

Domine deus meus clamaui ad te: et
ſanaſti me.

Dn̄e eduxiſti ab inferno animā meam:
ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum.

Pſallite domino omnes ſancti eiꝰ: ⁊ cō
fitemini memorie ſanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius: et
vita in voluntate eius.

Ad veſperum demorabitur fletus: et ad
matutinum letitia.

Ego autem dixi in abundantia mea: nō
mouebor in eternum.

Domine in volūtate tua preſtitiſti de-
cori meo virtutem.

Auertiſti faciem tuam a me: et factus
ſum conturbatus.

Ad te domine clamabo: et ad deum me-
um deprecabor.

Que vtilitas in ſanguine meo/ dū de-
ſcendo in corruptionem?

Nunquid confitebitur tibi puluis: aut
annunciabit veritatem tuam?

Audiuit dominus et miſertus eſt mei:
dominus factus eſt adiutor meus.

Conuertiſti planctum meum gaudiū
mihi: concidiſti ſaccum meum et circun-
dediſti me letitia.

Et cantet tibi gloria mea et non cōpun-
gar: domine deus meus in eternum con-

fitebor tibi.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Antiphona. Domine abſtraxiſti ab inferis animam meam. An. Complaceat. Pſalmus.

Expectans expectaui dominum: et intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miſerie et de luto fecis.

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: et direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum cāticum nouū/ carmen deo noſtro.

Videbunt multi et timebunt: et ſperabunt in domino.

Beatus vir cui⁹ eſt nomen domini ſpes eius: et non reſpexit in vanitates et inſanias falſas.

Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non eſt quis ſimilis ſit tibi.

Annunciaui et locut⁹ ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificium et oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum et pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam deus meus volui / et legem tuam in medio cordis mei.

Annunciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu ſciſti.

Iuſtitiam tuam abſcondi in corde meo: veritatem tuam et ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam tuã et veritatem tuam: a conſilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miſerationes tuas a me: miſericordia tua et veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Quoniam circundederũt me mala quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniq̃tates mee / et non potui vt viderẽ.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me reſpice.

Confundantur et reuereantur ſimul q̃ querunt animam meã vt auferant eam.

Conuertantur retrorſum et reuerean-

tur qui volunt mihi mala.
Auertant confeſtim confuſionem ſuam/ q̇
dicunt mihi euge euge.
Exultēt et letētur ſuper te omnes que-
rentes te: et dicant ſemper magnificetur
dominus qui diligunt ſalutare tuum.
Ego autem mēdicus ſum et pauper: do-
minus ſollicitus eſt mei.
Adiutor meus et protector meus tu es:
deus meus ne tardaueris.
Requiem eternam dona eis domine. An.
Complaceat tibi domine vt eruas me/ do
mine ad adiuuandum me reſpice. Aña.
Sitiuit. Pſalmus.
Quemadmodum deſyderat ceruus
ad fontes aquarum: ita deſyderat
anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontē vi-
uum: quando veniam et apparebo ante
faciem dei.
Fuerunt mihi lachryme mee panes die
ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi
eſt deus tuus:
Hec recordatus ſum et effudi in me ani
mam meam: quoniā tranſibo in locū ta-

bernaculi admirabilis vſqꝫ ad domū dei.
In voce exultationis ⁊ confeſſionis: ſo-
nus epulantis.
Quare triſtis es anima mea: et quare
conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc cōfitebor
illi: ſalutare vultus mei et deus meus.
Ad meipſum anima mea cōturbata eſt:
propterea memor ero tui de terra Jorda-
nis/et hermonii: a monte modico.
Abyſſus abyſſum inuocat in voce cata-
ractarum tuarum.
Omnia excelſa tua et fluctus tui: ſuper
me tranſierūt.
In die mandauit dominus miſericor-
diam ſuam: et nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicā deo
ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei/ et quare contri-
ſtatus incedo/dum affligit me inimicus?
Dum confringūtur oſſa mea exprobra-
uerūt mihi: qui tribulāt me inimici mei.
Dum dicūt mihi per ſingulos dies: Vbi
eſt deus tuus?
Quare triſtis es aīa mea/et quare con-

turbas me?
Spera in deo/quoniam adhuc cõfitebor
illi: ſalutare vultus mei et deus meus.
Requiem eternam dona eis domine. requ.
ãn. Sitiuit anima mea ad deum fontem
viuum/quando veniam et apparebo ante
faciem domini. ℣. Audiui vocem de celo
dicẽtem mihi. ℟. Beati mortui qui in do
mino moriũtur. Pater noſter. Et ne nos.

Lectio ſeptima.

Spiritus meus attenuabitur/dies
mei breuiabuntur: et ſolum mihi
ſupereſt ſepulchrum. Non peccaui: et in
amaritudinibus moratur oculus meus.
Libera me domine et pone me iuxta te: et
cuiuſvis manus pugnet contra me. Dies
mei trãſierũt/cogitationes mee diſſipate
ſunt torquẽtes cor meum. Noctẽ verterũt
in diem: et rurſum poſt tenebras ſpero lu-
cẽ. Si ſuſtinuero infernus dom⁹ mea eſt:
et in tenebris ſtraui lectulum meum. Pu
tredini dixi/Pater meus es: mater mea et
ſoror mea/vermibus. Ubi eſt ergo nunc
preſtolatio mea: et patiẽtia mea: tu es do-
mine deus meus. ℟. Domine ſecundum

actum meũ noli me iudicare: nihil dignũ
in conſpectu tuo egi. Ideo deprecor maie
ſtatē tuam/ Vt tu de⁹ deleas iniquitatem
meam. V. Quoniam iniquitatē meā ego
cognoſco: ⁊ delictum meũ corā me eſt ſē-
per tibi ſoli peccaui. Ideo. Lectio octaua.
Pelli mee cōſumptis carnibus ad-
heſit os meũ: et derelicta ſunt tā
tummodo labia circa dētes meos. Miſe-
remini mei miſeremini mei/ ſaltē vos a-
mici mei: quia manus domini tetigit me.
Quare perſequimini me ſicut deus ⁊ car-
nibus meis ſaturamini? Quis mihi tri-
buat vt ſcribantur ſermones mei? Quis
mihi det vt exarentur in libro ſtilo ferreo
aut plūbi lamina/ vel celte ſculpantur in
ſilice? Scio enim quod redemptor me⁹ vi-
uit/ et in nouiſſimo die de terra ſurrectu-
rus ſum: ⁊ rurſum circumdabor pelle mea/
et in carne mea videbo deum ſaluatorem
meum. Quē viſurus ſum ego ipſe: et ocu-
li mei conſpecturi ſunt/ et non alius. Re-
poſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. R.
Memento mei deus quia ventus eſt vita
mea. Nec aſpiciat me viſ⁹ hominis. Vſus.

Et non reuertetur oculus meus Vt Videat bona. Nec aſpiciat. Lectio nona.

Quare de Vulua eduxiſti me: qui Vtinam conſumptus eſſem ne oculus me Videret. Fuiſſem quaſi non eſſē de Vtero tranſlatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorū finietur breui: Dimitte ergo me dn̄e Vt plangam dolorem meum antequā Vadam et non reuertar ad terram tenebroſam / et opertā mortis caligine. Terram miſerie et tenebrarum: Vbi Vmbra mortis et nullꝰ ordo/ſed ſempiternꝰ horror inhabitans. ℟.

Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda/ Quando celi mouēdi ſunt et terra/ Dum Veneris iudicare ſeculum per ignem. Verſus. Dies illa dies ire/ calamitatis et miſerie/ dies magna ꝛ amara Valde. Quando celi. ℣. Tremens factus ſum ego et timeo dum diſcuſſio Venerit atque Ventura ira. Quando celi. ℣. Tremebunt angeli et archangeli: impii autem Vbi parebunt: Quādo celi. Verſꝰ. Vix iuſtꝰ ſaluabitur: et ego miſer Vbi parebo: Quando celi. ℣. Quid ergo miſerri

mus quid dicam vel quid faciam: dū nil
boni perferam ante tantū iudicem: Quā
do celi. Verſus. Vox de celis o vos mortui
qui iacetis in ſepulchris/ſurgite et occur-
rite ad iudicium ſaluatoris. Quādo celi.
Verſus. Creator omnium rerum deus q̇
me de limo terre formaſti / et mirabiliter
proprio ſanguine redemiſti: corpuſqꝫ me-
um licet modo putreſcat/de ſepulchro fa-
cies ī die iudicii reſuſcitari: exaudi/exaudi
me vt aīam meaꝫ in ſinu Abrae patriar-
che tui iubeas collocari. Libera me dn̄e de
morte. In laudib9. an. Requiē. Pſalm9.

Miſerere mei deus ſecundum ma-
gnam miſericordiam tuam.

Et ſecundum multitudinem miſeratio-
num tuarum dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea ꝛ
a peccato meo munda me.

Quoniā iniquitatē meā ego cognoſco:
ꝛ peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui et malum coram te fe-
ci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis ꝛ vi-
cas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus cōcept9 ſum:

et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatē dilexiſti: incerta et occulta ſapientie tue manifeſtaſti mihi.

Aſperges me dn̄e hyſopo ⁊ mūdabor: lauabis me/ et ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium ⁊ letitiā: et exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundū crea in me deus: et ſpiritū rectum innoua in viſceribus meis.

Ne proiicias me a facie tua: et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi letitiam ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee: et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: ⁊ os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſē/ vtique holocauſtis non delectaberis.

Sacrificiū deo ſpiritus contribulatus:

cor contritum et humiliatum deus non deſpicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion: vt edificētur muri Hieruſalem.

Tūc acceptabis ſacrificium iuſtitie oblationes et holocauſta: tunc imponēt ſuper altare tuum vitulos.

Requiem eternam. ac. ān. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Aña. Exaudi. Pſalmus.

Te decet hymnus deus in Sion: ⁊ tibi reddetur votū in Hieruſalē.

Exaudi deus orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorū preualuerūt ſuper nos: et impietatibus noſtris tu propiciaberis.

Beatus quem elegiſti ⁊ aſſumpſiſti: inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tue: ſanctū eſt templum tuum mirabile in equitate.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finium terre et in mari longe.

Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas profundum maris ſonum fluctuum eius.

Turbabūtur gentes ⁊ timebunt qui ha/
bitant terminos a ſignis tuis: exitus ma
tutini et veſpere delectabis.
Viſitaſti terram et inebriaſti eam: mul/
tiplicaſti locupletare eam.
Flumen dei repletum eſt aquis/ paraſti
cibum illorum: quoniam ita eſt prepara/
tio eius.
Riuos eius inebrians multiplica geni/
mina eius: in ſtillicidiis eius letabitur
germinans.
Benedices corone āni benignitatis tue/
et campi tui replebuntur vbertate.
Pingueſcent ſpecioſa deſerti: ⁊ exulta/
tione colles accingentur.
Induti ſunt arietes ouium et valles a/
bundabunt frumento: clamabunt/ etenim
hymnum dicent.
Requiem eternam dona. An. Exaudi de
us orationem meam/ ad te omnis caro ve
niet. Aña. Me ſuſcepit. Pſalmus.
Deus deus meus: ad te de luce
vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quam multi/
pliciter tibi caro mea.

In terra deſerta inuia et inaquoſa ſic in
ſancto apparui tibi: Vt viderem virtutem
tuam et gloriam tuam.
Quoniam melior eſt miſericordia tua
ſuper vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: et in no
mine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine repleatur a-
nima mea: et labiis exultationis lauda-
bit os meum.
Si memor fui tui ſuper ſtratum meũ
in matutinis meditabor in te: quia fuiſti
adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum ex-
ultabo adheſit anima mea poſt te: me ſu-
ſcepit dextera tua.
Ipſi vero in vanum queſierunt animã
meã: introibunt in inferiora terre / tradẽ-
tur in manꝰ gladii partes vulpiũ erunt.
Rex vero letabitur in deo laudabuntur
omnes qui iurant in eo: quia obſtructum
eſt os loquentium iniqua.
Deus miſereatur noſtri ⁊ benedi-
cat nobis: illuminet vultum ſuũ
ſuper nos et miſereatur noſtri.

Ut cognoſcamus in terra viam tuam / in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes / quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos deus deus noſter benedicat nos deus: et metuant eum omnes fines terre.

Requiem. Aña Me ſuſcepit dextera tua domine. Aña A porta inferi. Pſalmꝰ.

Ego dixi in dimidio dierum meorū: vadam ad portas inferi.

Queſiui reſiduum annorum meorum: dixi non videbo dominum deum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltra et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt et conuoluta eſt a me / quaſi tabernaculum paſtorum.

Preciſa eſt velut a texente vita mea / dū

adhuc ordirer ſuccidit me: de mane vſque
ad veſperam finies me.
Sperabam vſque ad mane: quaſi leo ſic
contriuit omnia oſſa mea.
De mane vſque ad veſperam finies me:
ſicut pullus hirundinis ſic clamabo/ me-
ditabor vt columba.
Attenuati ſunt oculi mei / ſuſpicientes
in excelſo.
Dñe vim patior reſpōde ꝓ me: q̇d dicā
aut quid reſpōdebit mihi: cū ipſe fecerim?
Recogitabo tibi annos meos: in amari-
tudine anime mee.
Dñe ſi ſic viuitur/ et in talibꝰ vita ſpiri
tus mei corripies me ⁊ viuificabis me: ec
ce in pace amaritudo mea amariſſima.
Tu autē eruiſti animam meā: vt nō pi-
ret ꝓieciſti poſt tergum oīa peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi ne-
que mors laudabit te: nō expectabūt qui
deſcendunt in lacum veritatem tuam.
Viuens viuens ipſe confitebitur tibi: ſi-
cut et ego hodie pater filiis notam faciet
veritatem tuam.
Domine ſaluum me fac/ ⁊ pſalmos no-

ſtros cantabimus cunctis diebus vite no
ſtre in domo domini.
Requiem. an. A porta inferi erue domi-
ne animas eorū. an. Omnis ſpiritus. ps.
Laudate dominum de celis: lau-
date eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius: lau-
date eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol et luna: laudate eum
omnes ſtelle et lumen.
Laudate eum celi celorum: et aque que
ſuper celos ſunt laudent nomen domini.
Quia ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe man-
dauit et creata ſunt.
Statuit ea in eternum et in ſeculum ſe-
culi: preceptum poſuit et non preteribit.
Laudate dominum de terra: dracones ⁊
omnes abyſſi.
Ignis/grando/nix/glacies/ſpiritus p̄-
cellarum/que faciunt verbum eius.
Montes/⁊ omnes colles/ligna fructife-
ra/et omnes cedri.
Beſtie/et vniuerſa pecora: ſerpentes/ et
volucres pennate.
Reges terre/et omnes populi: principes/

et omnes iudices terre.
Iuuenes/ et virgines/ ſenes cum iunio-
ribus laudent nomen domini: quia exal-
tatum eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper celum et terram:
et exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibꝰ ſanctis eiꝰ: filiis Iſra-
el populo appropinquanti ſibi.
Cantate domino cāticum nouum:
laus eius in eccleſia ſanctorum.
Letetur Iſrael in eo qui fecit eum: et fi-
lie Sion exultent in rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro: in tym-
pano et pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitū eſt domino in popu-
lo ſuo: et exaltauit manſuetos in ſalutē.
Exultabunt ſancti in gloria: letabūtur
in cubilibus ſuis.
Exultationes dei in gutture eorum: et
gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationi-
bus: increpationes in populis.
Ad alligādos reges eorum in compedi-
bus: et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium cōſcriptum:

gloria hec eſt omnibus ſanctis eius.

Laudate dominū ī ſāctis eiꝰ: laudate eū ī firmamēto ṽtutis eiꝰ.

Laudate eum in virtutibꝰ eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tube: laudate eum in pſalterio et cithara.

Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus/ laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Requiem. Aña. Omnis ſpiritus laudet dominum. Antiphona. Credo domine.

¶ Canticum zacharie.

Benedictus dominus deus Iſrael: q̇a viſitauit et fecit redemptionē plebis ſue.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis noſtris: et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam miam cum patribus no/
ſtris:et memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurādum quod iurauit ad Abraam
patrem noſtrum/daturum ſe nobis.
Ut ſine timore de manu inimicorū no/
ſtrorum liberati:ſeruiamus illi.
In ſanctitate et iuſtitia coram ipſo:o/
mnibus diebus noſtris.
Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis:
preibis enim ante faciem domini parare
vias eius.
Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eiꝰ:
in remiſſionem peccatorum eorum.
Per viſcera miſericordie dei noſtri:in q̄/
bus viſitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris ꝛ in vm
bra mortis ſedent:ad dirigēdos pedes no/
ſtros in viam pacis.
Requiem. Aña. Credo dñe deus meus
Jeſu Chriſte carnis reſurrectionē et vi/
tam eternam:ſed tantum deprecor tuam
clemētiā vt nō īter hedos/ſed īter agnos
cōſortiū merear. Pater noſter. Et ne nos.
Sed libera. Verſus. In memoria eterna
erūt iuſti. ℟. Ab auditione mala non ti/

mebunt. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe
animas eorum. ℣. Credo videre bona do
mini. ℟. In terra viuentium. Pſalmus.

De profundis clamaui ad te dñe:
domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem
deprecationis mee.

Si iniquitates obſeruaueris domine: do
mine quis ſuſtinebit.

Quia apud te propitiatio eſt: et propter
legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ei⁹: ſpe-
rauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem:
ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericordia: et
copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus ini
quitatibus eius.

Requiem. Verſus. Requieſcant in pace.
Amen. Dñe exaudi. Et clamor. Oratio.

Inclina domine aurem tuã ad pre-
ces noſtras quibus miſericordiam
tuam ſupplices deprecamur: Ut animam
famuli tui / et animas omnium fidelium

defunctorum quas de hoc ſeculo migrare iuſſiſti/ in pacis ac lucis regione cōſtituas: et ſanctorum tuorum iubeas eſſe conſortes. Oratio.

DEus venie largitor ⁊ humane ſalutis amator/ queſumus clemētiam tuam / vt noſtre cōgregationis fratres/ ſorores/ parentes/ amicos/ et benefactores noſtros qui ex hoc ſeculo tranſierunt: beata Maria ſemꝑ virgine itercedēte cū omnibꝰ ſanctis tuis ad ꝑpetue beatitudinis cōſortiū ꝑuenire cōcedas. Oro.

FIdelium deus omnium conditor et redemptor/ animabus famulorum famularumqꝫ tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgētiam quam ſemper optauerunt/ piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis ⁊ regnas deꝰ: per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Requieſcant in pace. Amen.

Oratio pro fidelibus defunctis quam qui deuote dicunt multas indulgentias conſequuntur: ꝑſertim vbi mortui ſepeliuntur.

AVete omnes anime fideles quarum corpora hic ⁊ vbique requie-

ſcunt in pulvere/ Jeſus Chriſtus/ qui vos
redemit ſuo precioſiſſimo ſãguine/ digne-
tur vos a penis liberare: ⁊ inter choros ſu
orum ſanctorũ angelorũ collocare: ibiqꝫ no
ſtri memores ſuppliciter exorare/ Vt vobis
aſſociemur. ℣. Non intres in iudiciũ cum
animabus ſeruorum tuorum domine. ℟.
Quoniam non iuſtificabitur in cõſpectu
tuo omnis viuens. Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte ſalus ⁊ li-
beratio fidelium animarum/ qui
non veniſti animas perdere/ ſed ſaluare/
⁊ dare animam tuam in redemptionem ꝓ
multis: immenſam clementiam tuam ac
ineffabilem miſericordiam tuam humili-
ter imploramus/ Vt animas omnium fi-
delium defunctorum in penis purgatorii
cruciatas miſericorditer reſpicere digne-
ris: et que iuſte pro peccatis affliguntur/
tua benigniſſima pietate liberentur: ſub-
ueniatqꝫ illis tua miſericordia/ quas pre-
cioſiſſimo ſanguine tuo redemiſti: et per
merita beatiſſime/ glorioſiſſime/ ſemperqꝫ
virginis tue genitricis Marie et omniũ
ſanctorum et ſanctarũ liberare eas ab in-

fernorū cruciatibus/ et collocare inter ag/
mina ſanctorum digneris: Veſte quoque
immortalitatis indui/ et paradiſi ameni/
tate cōfoueri iubeas. Qui viuis et regnas
deus / Per omnia ſecula ſeculorum. Amē.

¶ Sequuntur ſuffragia ſan/
ctorum et ſanctarum

¶ De ſanctiſſima trinitate.

Sancta trinitas vnus deus/ Miſerere nobis. Aña. Te inuocamus: te adoramus: te laudamꝰ: te glorificamꝰ: o beata trinitas. ℣. Sit nomen domini benedictum. Reſponſorium. Ex hoc nunc et vſque in ſeculum. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoſcere: et in potentia maieſtatis adorare vnitatē: queſumꝰ: vt eiuſdē fidei firmitate: ab omnibꝰ ſēp tueamur aduerſis. Per.

¶ Oratio ad deum patrem.

Pater de celis deus/ miſerere nobis.

Domine ſancte pater omnipotēs eterne deus: qui coequalem conſubſtantialē/ et coeternum tibi ante oīa ſecula filium ineffabiliter genuiſti: cum quo atque cum ſancto ſpiritu ex te eodēqꝫ filio procedente: celū/ terram/ atqꝫ omnia quecunqꝫ exiſtunt/ viſibilia et inuiſibilia mirabiliter creaſti: tibi gratias ago/ te adoro/ te laudo/ te benedico/ teqꝫ magnifico. Eſto queſo propitius mihi miſerrimo

peccatori: et ne deſpicias me opus manuū tuarum: ſed libera/ ſalua/ ꝛ adiuua me ꝓpter nomen ſanctum tuum. Qui viuis et regnas deꝰ Per oīa ſecula ſeculorū. Amē.

¶ Oratio ad filium. Antiphona.

Fili redemptor mundi deus/ miſerere nobis.

Oratio.

DOmine Jeſu Chriſte fili dei viui/ qui es verus ꝛ omnipotēs deus/ ſplēdor et imago patris et vita eterna/ cui eſt vna cū eterno patre et ſpiritu ſancto equalis honor/ eadem gloria/ coeterna maieſtas/ vna ſubſtantia/ tibi gratias ago/ te adoro/ te laudo/ te benedico/ teqꝫ glorifico/ ne me queſo perire patiaris/ ſed ſalua et adiuua me propter nomen ſanctum tuū. Qui viuis et regnas deus. Per oīa.

¶ Oratio ad ſpiritum ſanctum. Aña.

Spiritꝰ ſancte deus/ miſerere nobis. Orō.

DOmine ſpiritus ſancte deus qui coequalis/ cōſubſtantialis ꝛ coeternus patri filioque exiſtēs: ab eis ineffabiliter procedens/ quiqꝫ ſuper eundē dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in columbe ſpecie et ſupra ſanctos diſcipulos

ſuos in linguis igneis deſcendiſti:tibi gratias ago/te adoro/te laudo/te benedico/ teqꝫ glorifico. Repelle a me queſo tenebras totius iniquitatis et perfidie:et accende in me lumen miſericordie tue/ ⁊ ignem ſãctiſſimi amoris tui. Qui viuis et regnas. ⁊c.

## De ſancta facie domini.

SAlue ſancta facies noſtri redemptoris/ in qua nitet ſpecies diuini ſplendoris/ impreſſa pãniculo niuei candoris/dataque Veronice ſignũ ob amoris. Salue decus ſeculi ſpeculum ſanctorum/ quod videre cupiũt ſpiritus celorum : nos ab omni macula purga vitiorum : atque nos conſortio iunge beatorum. Salue noſtra gratia in hac vita dura/labili/ac fragili/cito tranſitura:nos prouehat ſuperis felix hec figura:ad videndum faciem que eſt Chriſti pura. Eſto nobis queſumus verum adiuuamen:dulce refrigeriũ atqꝫ conſolamen:ſic fruamur requie omnes dicant amen. ℣. Adoramꝰ te Chriſte et benedicimus tibi. Reſponſorium. Quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundũ.

Oratio.

Deus qui nobis famulis tuis lumine vultus tui ſignatis / ad inſtantiam Veronice / imaginē ſudario impreſſam relinquere voluiſti: per paſſionē et crucem tuam tribue queſumus: Vt ita nūc et in terris per ſpeculum in enigmate venerari et adorare teipſum valeamus: vt nunc facie ad faciem ſuper nos iudicē ſecuri videamus / Te Chriſtum dominum noſtrum.

¶ De ſancto Michaele. Aña.

Michael archāgele paradiſi prepoſite veni in adiutorium populo dei: et velis nos defendere a poteſtate inimici: et tecum ducere in ſocietatem domini. Verſus. In cōſpectu angelorum pſallam tibi. ℟. Adorabo ad templum ſanctum tuum et confitebor nomini tuo. Oratio.

Deus qui miro ordine / angelorum miniſteria hominūqꝫ diſpenſas / concede propitius vt quibꝰ tibi miniſtrātibus in celis ſemper aſſiſtitur / ab his in terra vita noſtra muniatur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ De ſancto Joanne baptiſta. Aña.

Inter natos mulierum non ſurrexit ma/
ior Joanne Baptiſta. ℣. Fuit homo miſ/
ſus a deo. Reſpõſorium. Cui nomen erat
Joannes. Oratio.

Preſta queſumus omnipotẽs de⁹
ut familia tua per viam ſalutis
incedat: ⁊ beati Joannis precurſoris Chri
ſti hortamenta ſectando ad eum quẽ pre/
dixit/ ſecura perueniat: Dominum noſtrũ
Jeſum Chriſtum filium tuum Qui. ⁊c.

¶ De ſancto Petro apoſtolo Añа.

Tu es paſtor ouium/ princeps apoſtolo/
rum: tibi tradidit deus omnia regna mũ/
di/ et ideo tradite ſunt tibi claues regni ce
lorum: tibi enim a domino collata eſt po/
teſtas ligandi atq; ſoluendi / et ideo tra/
dite ſunt tibi claues regni celorum. ℣ſus.
Solue iubente deo terrarum Petre cate/
nas. Reſpõſorium. Qui facis ut pateant
celeſtia regna beatis. Oratio.

Deus qui beatũ Petrum apoſto/
lum a vinculis abſolutũ illeſum
abire feciſti: noſtrorũ queſumus abſolue
vincula peccatorum/ omnia mala a no/
bis propitiatus/ exclude/ Per dominũ. ⁊c.

De ſancto Paulo. Antiphona.

O glorioſum lumen omnium eccleſiarū ſole ſplendidius. o vere apoſtolicum ſidus altiſſimum ſancte Paule/qui eterni ſolis ſplendorem tenebris gentium infudiſti/q̄ in terris poſitus celorum ſecreta petiſti/et que non licet homini loqui perudiſti: illuc ſupplices tuos poſt huius carnis terminū pducere dignare/ quos feciſti veritatis lumē agnoſcere. ℣. Tu es vas electionis ſancte Paule gentium doctor. ℟. Pro nobis ora deū qui te elegit. Oratio.

DEus qui vniuerſum mundū beati Pauli apoſtoli tui inſtitutione docuiſti/ da nobis queſumus/ vt qui eius memoriā pio affectu recolimus: eiꝰ apud te patrocinia ſentiamus. Per dn̄m. ꝛc.

De ſancto Joanne euangeliſta. Añа.

Joannes apoſtolus et euangeliſta virgo electus eſt a domino/atque inter ceteros magis dilectus. Verſus. Valde honorandus eſt beatus Joannes. ℟. Qui ſupra pectus domini in cena recubuit. Oratio.

ECcleſiam tuam queſumꝰ dn̄e benignus illuſtra: vt beati Joannis

apoſtoli tui ꝗ euangeliſte illuminata do-
ctrinis ad dona ꝑueniat ſempiterna. Per.

¶ De omnibus apoſtolis. Aña.

Iſti ſunt viri ſancti quos elegit dominus
in charitate non ficta/ et dedit illis gloriā
ſempiternam/ quorum doctrina fulget ec-
cleſia vt ſol et luna. Verſus. In omnem
terram exiuit ſonus eorum. Reſponſoriū.
Et in fines orbis terre verba eorū. Oro.

DEus qui nobis per miniſterium
beatorum apoſtolorum euãgeli-
ſtarum/ atque diſcipulorum tuorum veri-
tatem euangelii patefieri voluiſti: cõcede
propitius/ vt quod ab illorum ore dedici-
mus/ gratia tua adiuuante operari vale-
amus. Per dominum noſtrum.

¶ De ſancto Stephano. Aña.

Aue ſenior Stephane/ aue martyr para-
doxe/ qui inter agmina plebis Iudaice ve-
lut lampas ardentiſſima apparuiſti do-
mino/ nunc ſidus inter ſidera celeſtis au-
le: ſuccurre huic familie gratiſſima tua
interuentione. Verſus. Ora pro nobis be-
ate prothomartyr Stephane. Reſponſo-
riū. Vt digni efficiamur promiſſionibus

Chriſti. Oratio.

DA nobis queſumus domine imi-
tari quod colimus: vt diſcamus
et inimicos diligere/quia eius commemo-
rationem agimus/qui nouit etiam pro ꝑ-
ſecutoribus ſuis exorare: Jeſum Chriſtū
dominum noſtrum. &c.

De ſancto Dionyſio. Aña.

O beate Dionyſi magna eſt fides tua/ in-
tercede pro nobis ad dominum deum no-
ſtrum/ vt qui qualitate tibi ſumus diſſi-
miles: ſua gratia largiente celeſtiū gau-
diorum faciat eſſe cōſortes. ℣. Ora pro no-
bis beate Dionyſi. ℟. Vt digni efficia-
mur promiſſionibus Chriſti. Oratio.

DEus qui beatum Dionyſiū mar-
tyrem tuum virtute cōſtantie in
paſſione roboraſti/quique illi ad predicā-
dum gentibus gloriam tuam/ Ruſticum
et Eleuterium ſociare dignatus es: tribue
queſumus ex eorum imitatione pro amo-
rē tuo proſpera mundi deſpicere et nulla
eius aduerſa formidare. Per dominū. &c.

De ſancto Laurentio. Aña.

Beatus Laurentius dū in craticula igni

ſuperpoſitus verteretur: ad impiiſſimū tyrannum dixit/ Aſſatus ſum iam/ verſa et manduca. nam ⁊ facultates eccleſie quas requiris/ in celeſtes theſauros manꝰ pauperum deportauerunt. ℣. Diſperſit dedit pauperibus. ℟. Juſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Oratio.

DA nobis queſumus omnipotens deus vitiorum noſtrorum flammas extinguere: q̄ beato Laurentio martyri tuo tribuiſti tormētorum ſuorum incendia ſuperare/ Per dominum.

¶ De ſancto Sebaſtiano. Añ.

O quam mira refulſit gratia Sebaſtianꝰ martyr inclytus. Qui militis portās inſignia: ſed de fratrum palma ſolicitꝰ/ Cōfortauit corda trementia/ verbo ſibi collato celitus. ℣. Ora pro nobis beate martyr Sebaſtiane. ℟. Ut mereamur peſtem epidimie illeſi pertranſire/ et promiſſionē Chriſti obtinere. Oratio.

DEus qui beatum Sebaſtianum martyrem tuum in tua fide ⁊ dilectione tam ardenter ſolidaſti: Ut nullis carnalibus blandimentis: nullis tyran-

norum minis: nulliſque carnificum gla/
diis ſiue ſagittis aut tormentis a tua cul/
tura potuit reuocari: da nobis miſeris pec/
catoribus dignis eius meritis et interceſ/
ſionibꝰ in tribulatione auxilium: in per/
ſecutione ſolatiū/ et in omni tempore cō/
tra peſtē epidimie remedium: quatinus
poſſimus contra omnes diabolicas inſi/
dias viriliter dimicare/ mundū ⁊ ea que
in eo ſunt deſpicere: et nulla eius aduerſa
formidare/ Ut ea que te inſpirante deſide/
ramꝰ/ habeamꝰ obtinere/ Per Chriſtū. ⁊c.

¶ De ſancto Chriſtoforo. Aña.

Expleta oratione/ martyr Chriſtoforus
tyranni gladio decolatus victorie trium/
pho celos eſt īgreſſus. ℣. Gloria et hono/
re coronaſti eum domine. Reſponſorium.
Et conſtituiſti eum ſuper opera manuū
tuarum. Oratio.

DEus qui beatum Chriſtoforum
martyrem tuum virtute conſtā/
tie in paſſione roboraſti: quique vnigenī/
tum tuū dominum noſtrū Jeſum Chri/
ſtum in ſuis humeris mirabiliter portari
voluiſti: cōcede propitius vt qui eiꝰ com/

memorationē agimꝰ/ ipſiꝰ meritis ad regna celeſtia ꝑuenire mereamur/ Per. ꝛc.

¶ De omnibus martyribus. Aña.

Gaudent in celis anime ſanctorum/ qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti. et quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt: ideo cū Chriſto exultāt ſine fine. Verſꝰ. In martyrum vulneribꝰ tua o Jeſu vulnera recolentes. ℟. Munera tibi laudis offerimꝰ/ ꝛ ſaluari depoſcimus. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui nos idoneos non eſſe perpendis ad maieſtatem tuam ſicut dignum eſt exorandam: da ſanctos tuos pro noſtris ſupplicare peccatis/ quos digne poſſis audire/ Per Chriſtum dominum noſtrum.

¶ De ſancto Nicolao. Aña.

Amicus dei Nicolaus pōtificali decoratꝰ infula/ omnibus ſe amabilem exhibuit. ℣. Amauit eum dominus et ornauit eū. ℟. Stola glorie induit eum. Oratio.

Deus qui beatum Nicolaum pontificem tuum innumeris decoraſti miraculis: tribue queſumus/ vt eius meritis et precibus a gehenne incēdiis li-

beremur/Per Chriſtum dominum.

¶ De ſancto Claudio. Aña.

O deſolatorum conſolator/captiuorū li-
berator/reſurrectio mortuorum/lumē ce-
corum/auditus ſurdorum/mutorum elo-
quium/tutor naufragantium/impotēti-
um et languidorum ſanator/medicine re-
fugium. Beate Claudi benigne confeſ-
ſor dei/implora apud deum pro nobis au-
xilium. ℣. Ora pro nobis beate Claudi.
Reſponſoriū. Vt digni efficiamur ꝓmiſ-
ſionibus Chriſti.

Oratio.

Deus qui beato Claudio glorioſo
confeſſori tuo atque pontifici tā-
tam gratiam ⁊ beatitudinem conferre di-
gnatus es: quod per illam fere totus orbis
chriſtianorum/pro ſuis neceſſitatibus ad
ipſum affluit: ⁊ quicunque eum pie ac de-
uote queſierit/deſolat⁹ non remanebit: da
nobis queſumus domine iuſta deſyderia
poſtulare/Vt qꝫ iuſte poſtulauerim⁹/ſuis
meritis et interceſſione apud te iugiter
valeamus obtinere/Per dominum.

¶ De ſancto Antonio. Aña.

Antoni paſtor inclyte/qui cruciatos reſi-

cis/morbos ſanas:et repente ignis calorē
extinguis. Pater qui es in ſuperis: ora ꝑ
nobis dominum/ Vt celum nobis miſeris
donet poſt vite terminum. ℣. Ora ꝑ no-
bis beate pater Antoni. ℟. Vt digni effi-
ciamur promiſſionibus Chriſti. Oratio.

DEus qui concedis obtentu beati
Antonii confeſſoris tui morbidū
ignem extingui: et membris egris refri-
geria preſtari: fac nos queſumꝰ ipſius me
ritis ⁊ precibus a gehenne incendiis libe-
ratos/integros mente ⁊ corpore tibi felici-
ter in gloria preſentari/Per dominum.

¶ De ſancto Rocho. Aña.

Aue Roche ſanctiſſime nobili natus ſan-
guine/ crucis ſignatis ſchemate/ ſiniſtro
tuo latere. Roche peregre ꝓfectus/ peſtis
fere curas tactus:egros ſanans mirifice/
tangendo ſalutifere. Vale Roche angeli-
te vocis citatus famine: qui potēs es de-
ifice a cunctis peſtem pellere. ℣. Ora pro
nobis beate Roche. ℟. Vt mereamur pre-
ſeruari a peſte. Oratio.

DEus qui beato Rocho per angelū
tuum tabulam eidem afferentem

ꝓmiſiſti: Ut q̇ ipſū pie inuocauerit/ a nul-
lo peſtis cruciatu lederetur: preſta que-
ſumus/ ut q̇ eiꝰ memoriam agimus: me-
ritis ipſius a mortifera peſte corporis et
anime liberemur/ Per Chriſtum dn̄m.

¶ De omnibus confeſſoribus. Aña.

Sancti per fidem vicerunt regna: operati
ſunt iuſtitiā/ adepti ſunt repromiſſiones.
℣. Iuſti autem in perpetuum viuent. ℟.
Et apud dn̄m eſt merces eorum. Oratio.

SAnctorū confeſſorum tuorū que-
ſumus domine meritis et precibꝰ
adiuuemur: ut quod fragilitas noſtra nō
obtinet: eorum nobis qui ante te iuſti in-
uenti ſunt oratione donetur/ Per dn̄m.

¶ De ſancta Anna. Aña.

Celeſte beneficium introiuit in Annam:
per quam nobis nata eſt Maria virgo. ℣.
Ora ꝓ nobis beata Anna. Reſpōſorium.
Ut digni efficiamur ꝓmiſſionibꝰ Chriſti

Oratio.

DEus qui beate Anne tantā gra-
tiam donare dignatus es/ ut be-
atiſſimam matrem tuā in ſuo glorioſiſſi-
mo utero portare meruit: da nobis per in-

terceſſionem matris et filie/tue propicia/
tionis abundātiam: Ut quarum comme/
morationē pio amore amplectimur/earū
precibus ad celeſtem patriam peruenire
Valeamus/Per dominum noſtrum.

¶ De ſancta Maria Magdalena. an.

Maria ergo vnxit pedes Jeſu/et exterſit
capillis ſuis: et domꝰ impleta eſt ex odore
vnguenti. Verſus. Dimiſſa ſunt ei pecca/
ta multa. Reſpōſorium. Quoniam dile/
xit multum. Oratio.

Largire nobis clementiſſime pa/
ter/ꝙ ſicut beata Maria Mag
dalena dominum noſtrum ſuper omnia
diligendo ſuorum obtinuit veniam pec/
caminum: ita nobis apud tuā miſericor/
diā ſempiternam impetret beatitudinē.
Per dominum noſtrum.

¶ De ſancta Catherina. Aña.

Virgo ſācta Catherina Grecie gemma/
Vrbe Alexandrina Coſti regis erat filia.
℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℟.
Propterea bñdixit te deꝰ ī eternū. Oratio.

Deus qui dediſti legē Moyſi in
ſummitate montis Synai/et in

eodem loco corp⁹ beate Catherine virgi-
nis et martyris tue p ſanctos ãgelos tu-
os mirabiliter collocaſti/ tribue queſum⁹:
Vt eius meritis et interceſſione ad montẽ
qui Chriſtus eſt valeamus peruenire/
Per dominum noſtrum.

¶ De ſancta Margareta. Añ.

Virgo glorioſa Chriſti Margareta/ vir-
ginum gemma precioſiſſima/ virtute ſu-
pernorum clara/ audi preces noſtras corã
te fuſas: fac nos iũgi eternali choro. pre-
cib⁹ ergo tuis adeſto calamitatib⁹ noſtris
quibus vndiqz premimur. Verſ⁹. Ora p
nobis beata Margareta. Reſpõſoriũ. Vt
digni efficiamur pmiſſionibus Chriſti.

Oratio.

DEus qui beatam Margaretam
virginem tuam ad celos p mar-
tyrii palmam peruenire feciſti: cõcede no-
bis queſum⁹: Vt eius exẽpla ſectantes/ ad
te venire valeamus/ Per Chriſtum dñm.

¶ De ſancta Barbara. Añ.

Gaude Barbara beata/ ſumme pollẽs in
doctrina/ angeli myſterio. Gaude virgo
deo gratia / que baptiſtam imitata es in

Vite ſtadio. Gaude cū te viſitauit Chri-
ſtus/ vita et curauit plagas actu proprio.
Gaude q̄a meruiſti impetrare quod pe-
tiſti/ dante dei filio. Gaude nanqȝ eleua-
ta es in celo ꝛ delata nobili martyrio. Te
laudantem familiā: trahe poſt te ad glo-
riam finito exilio. ℣. Ora pro nobis beata
Barbara. ℟. Vt digni efficiamur ꝑmiſ-
ſionibus Chriſti. Oratio.

INterceſſio queſumus domine bea-
te Barbare virginis et martyris
tue ab omni aduerſitate nos ꝓtegat: vt ꝑ
eius interuentum glorioſiſſimum/ ſacro
ſancti corporis ꝛ ſanguinis domini noſtri
Jeſu Chriſti ſacramētum/ ante diem ex-
itus noſtri per veram penitentiam et pu-
ram confeſſionem percipere mereamur.
Qui viuis ꝛ regnas deus/ Per omnia ſe-
cula ſeculorum. Amen.

## ¶ De ſancta Apolonia. an̄.

Beata Apolonia graue tormentum pro
domino ſuſtinuit. primo tyranni extra-
xerunt dentes eius cum malleis ferreis:
ꝛ cum eſſet in illo tormento orauit ad do-
minum Jeſum Chriſtum/ Vt quicunque

nomen ſuum deuote inuocaret / malum in dentibus non ſentiret. ℣. Ora pro nobis beata Apolonia. ℟. Ut digni efficiamur ꝓmiſſionibus Chriſti. Oratio.

O Mnipotens ſempiterne deus / qui beatam Apoloniam virginem et martyrem tuam de manibus inimicorum ſuorum liberaſti / ⁊ eius orationem exaudiſti / te queſo per interceſſionē eius ⁊ beati Laurentii martyris tui / ſimulque omniū ſanctorum / ut dolorem a dentibꝰ meis expellas / ſanum et incolumem meipſum efficias: ut tibi gratiarum actiones referre valeam in eternum. Per Chriſtū dominum noſtrum. Amen.

¶ De ſancta Genouefa. Añ.

O felix ancilla dei nos pondere preſſos Exonera ⁊ feſſos mordacibꝰ exue cuſpis / Etheris ut pateat te ſupplice ianua nobis. O virgo pura / ṽgo ſapiēs ⁊ honēſta: Egrotos cura meſtis ſolatia preſta. Vſus. Ora ꝓ nobis beata Genouefa. ℟. Ut digni efficiamur ꝓmiſſionibꝰ Chriſti. Oro.

M Itiſſime deus miſerere peccantibus: et intercedente beata virgine

Genoueſa / ſalutē mentis ⁊ corporis no-
bis tribue: ac bene viuere ⁊ ſecure mori cō
cede. Per Chriſtum dn̄m noſtrū. Amen.

¶ De omnibus virginibus. an.

Iſte ſunt prudentes virgines / que acce-
pto oleo in vaſis ſuis / cū lampadibꝰ ſuis /
exierunt obuiam ſponſo ⁊ ſponſe: quo ve-
niente / intrauerunt que parate erant cum
eo ad nuptias. ℣. Adducentur regi virgi-
nes poſt eam. ℟. Proxime eius afferen-
tur tibi.

Oratio.

Deus dilector iuſtitie et ſemꝑ oſor
nequitie / qui concupiſcis decorē
pulchritudinis virginee / da vt ſanctarum
virginum tuarum intercedentibus meri-
tis / virtutum repleti copiis / amorem con-
ſequamur tue dilectionis: Per Chriſtū.

¶ De omnibus ſanctis. Aña.

Beati eſtis ſācti dei: ꝙ voluit vos Chri-
ſtꝰ cōſortes fieri celeſtiū virtutū: ac ꝑfrui
eterne claritatis gloria: ideoqꝫ precamur /
vt memores noſtri intercedere dignemi-
ni pro nobis ad dn̄m Ieſū Chriſtum. ℣.
Beati qui habitant in domo tua domine.
Reſponſorium. In ſecula ſeculorum lau-

dabunt te. Oratio.

C Oncede queſumꝰ omnipotēs deꝰ:
vt interceſſio nos ſancte dei geni-
tricis virginis Marie/beatarūqꝫ omni-
um celeſtium virtutum/ſanctorum patri-
archarum:prophetarū:apoſtolorū:mar-
tyrum:confeſſorum:virginum: ac omniū
ſanctorum electorum tuorum vbique nos
letificet et adiuuet: vt dum eorū gratuita
dona recolimus: etiam patrocinia ſentia-
mus/ Per Chriſtum dn̄m noſtrū. Amē.

¶ Sequūtur plures petitiones/et oratio-
nes. Primo quādo ſurgis mane. In ma-
tutinis domine meditabor in te: quia fui-
ſti adiutor meus. Oratio.

G Ratias ago tibi domine omnipo-
tens eterne deꝰ qui me hac nocte
non meis meritis: ſed tua ſancta miſeri-
cordia cuſtodire dignatus es: concede mi-
hi domine diem iſtum in tuo ſancto ſerui-
tio ita peragere: vt tibi placeat obſequiū
ſeruitutis anime mee. Per Chriſtū dn̄m.

¶ Quando exibis domum tuā: dic. Vi-
as tuas domine demonſtra mihi: et ſemi-
tas tuas edoce me. Greſſus meos dirige

ſecundum eloquium tuum: Ut non domi-
netur mei omnis iniuſtitia. Dirige greſ-
ſus meos in ſemitis tuis/ Ut non moueā-
tur veſtigia mea.

¶ Accipiendo aquam benedictam/ dic.
Aſperges me domine hyſopo/ et munda-
bor: lauabis me ꝛ ſuper niuem dealbabor.
Miſerere mei deus: ſecundum magnam
miſericordiam tuam. Gloria patri et filio
et ſpiritui ſancto. Sicut erat. ꝛc. Aſperges
me domine.

¶ Dicēda ante imaginē crucifixi. Salua
nos Chriſte ſaluator ꝑ virtutem ſancte
crucis/ qui ſaluaſti Petrum in mari miſe-
rere nobis. ℣. Omnis terra adoret te deꝰ/
et pſallat tibi. Reſponſorium. Pſalmum
dicat nomini tuo.

Oratio.

CRucem tuam adoramus et vene-
ramur domine Jeſu Chriſte: et ꝑ
ipſam clementiā tuam humiliter implo-
ramus: Ut nobis peccatoribus miſereri et
parcere digneris: qui pro nobis dignatus
es naſci de virgine Maria/ Qui viuis.

¶ Quando presbyter ſe vertit.
Spiritus ſancti gratia illuſtret ꝛ illumi-

net cor tuum et labia tua : et accipiat dñs
hoc ſacrificium de manibus tuis dignum
pro peccatis et offenſionibus noſtris.

¶ In eleuatione corporis domini.

Anima Chriſti ſanctifica me/corpꝰ Chri
ſti ſalua me : ſanguis Chriſti inebria
me:aqua lateris Chriſti laua me:paſſio
Chriſti conforta me:ſudor vultus Chri-
ſti virtuoſiſſimi ſana me. O bone Jeſu
exaudi me:et ne permittas me ſeparari a
te:ab hoſte maligno defende me : in hora
mortis voca me:⁊ pone me iuxta te:Ut cũ
angelis ⁊ ſanctis tuis laudem te dominũ
ſaluatorẽ meũ in ſecula ſeculorũ .Amen.

¶ In eleuatione calicis.

Aue vere ſanguis dñi noſtri Jeſu Chri-
ſti: qui de latere eius cum aqua fluxiſti :
tu mihi ſis conſilium :protectio atque de-
fenſio corporis ⁊ anime in preſenti vita ⁊
in futuro ſeculo/ per ĩfinita ſeculorum ſe-
cula. Amen.

Salue ſancta caro dei per quam ſalui fi-
unt rei / ſeruos tuos redemiſti dñ in cruce
pepẽdiſti. Unda que de te manauit:a pec-
cato nos mundauit:quod patrauit primꝰ

homo inobediēs de pomo. Sancta caro tu me munda ſanguis et benigna vnda: ſaua me ab omni ſorde ꝛ ab infernali morte: per tuam benignitatem cōfer mihi ſanitatem. Frange meos inimicos: fac eos mihi amicos et ſuperbiam illoꝝ deſtrue rex angelorum. Tu qui es ſalutis portꝰ preſta mihi tuum corpꝰ in exitu mee mortis: libera me deus fortis a leone rugiēte/ draconeque furiente: da mihi fidem viuā in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Orationes in ipſo acceſſu altaris.

Ecce plenus miſeriis venio ad te q̄ es fons pietatis: charitatis et miſericordie. ſuſcipe creator creaturam tuā in viſceribꝰ tue miſerationis/ dulcedinis/ et indulgentie: et per te pater vnigenite totius deſyderii mei ſupplementum/ ſupple ſuſpirantis et gemētis anime mee lamentabiliter defectū. Per Chriſtū dn̄m.

¶ Alia oratio ad Jeſum Chriſtum.

O Domine Jeſu Chriſte ſupple de te quod minus habeo in me: ꝛ cum celeſti iſta communione veniāt mihi oīa bona: ſit hec requies mea in ſeculū ſeculi.

Diſpone domui anime mee: ne inimicus reuertẽs faciat nouiſſima mea peiora prioribus: noli me cõdemnare: ſed pone crucem/ paſſionem tuam inter iudicium tuũ/ ⁊ animam meã in hac ſacratiſſima communione/ ne dicas de me/ Ecce man⁹ tradentis me/ mecum eſt in menſa. Qui viuis et regnas deus.

¶ Quando capitur pax.

Da pacem domine in dieb⁹ noſtris: quia non eſt alius qui pugnet pro nobis niſi tu deus noſter.

¶ In ſumptione corporis Chriſti.

Domine non ſum dign⁹ vt intres ſub tectum meum: ſed tu domine qui dixiſti/ Qui manducat meam carnẽ/ ⁊ bibit meum ſanguinem in me manet ⁊ ego in eo: propitius eſto mihi peccatori ꝑ ſumptionem corporis et ſanguinis tui: et preſta/ vt non ad iudicium damnationis illud ſumam/ ſed miſericordia tua tribuente in ſalutem et remiſſionem peccatorũ meorum. Qui viuis et regnas deus/ Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Quando recepiſti.

Vera ꝑceptio corporis et ſangui-
nis tui deꝰ omnipotēs non mi-
hi veniat ad iudicium neque ad condem-
nationem: ſed ſit omnium peccatorũ me-
orum optata remiſſio / anime et corporis
mei pia gubernatio / et potens ad vitam
preſentem/et eternam introductio. Per
Chriſtum dominum noſtrum.

¶ Deuota cōtemplatio beate Marie vir-
ginis iuxta crucem filii ſui lachrimātis:
per quam ei ſupplicamus vt nos ad com-
patiendum incitet.

Stabat mater doloroſa: iuxta cru-
cem lachrimoſa: dum pēdebat fi-
lius. Cuius animam gementem: cōtri-
ſtātam et dolētem: pertranſiuit gladius.
O quam triſtis et afflicta fuit illa bene-
dicta mater vnigeniti.
Que merebat et dolebat: et tremebat cū
videbat nati penas inclyti.
Quis eſt homo q̄ non fleret: Chriſti ma-
trem ſi videret in tanto ſupplicio.
Quis poſſet non contriſtari piam matrē
contemplari dolentem cum filio.
Pro peccatis ſue gentis vidit Jeſum in

tormentis et flagellis ſubditum.
Vidit ſuum dulcem natum morientem de
ſolatum: dum emiſit ſpiritum.
Eia mater fons amoris me ſentire vim
doloris: fac vt tecum lugeam.
Fac vt ardeat cor meum in amando
Chriſtum deum vt illi complaceam.
Sancta mater iſtud agas: crucifixi fige
plagas cordi meo valide.
Tui nati vulnerati iam dignãtis ꝑ me
pati penas in me diuide.
Fac me vere tecum flere: crucifixo con-
dolere donec ego vixero.
Iuxta crucem tecum ſtare: te libenter ſo-
ciare in planctu deſydero.
Virgo virginum preclara mihi iam non
ſis amara: fac me tecum plangere.
Fac vt portem Chriſti mortem paſſionis
eius ſortem et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari cruce hac ĩebri-
ari ob amorem filii.
Inflammatus et accenſus per te virgo
ſim defenſus in die iudicii.
Fac me cruce cuſtodiri: morte Chriſti
premuniri: confoueri gratia.

Quando corpꝰ morietur fac vt anime do
netur paradiſi gloria. Amen.
Verſ. Tuam ipſiꝰ animam doloris gla-
diꝰ ptrāſibit. ℟. Vt reuelentur ex multis
cordibus cogitationes. Oratio.

Interueniat pro nobis queſumꝰ do-
mine o Jeſu Chriſte nunc ⁊ in ho
ra mortis noſtre apud tuam clementiam
beata virgo Maria mater tua: cuius ſa-
cratiſſimam animā in hora tue paſſionis
doloris gladius pertranſiuit: Per te Jeſu
Chriſte ſaluator mundi. Qui cum patre.

Oratio deuota ad virginem Mariam

Obſecro te domina ſancta Maria
mater dei pietate pleniſſima: ſum-
mi regis filia mater glorioſiſſima: mater
orphanorum: conſolatio deſolatorum: via
errantiū: ſalus omnium in te ſperantiū.
Virgo ante partū: virgo in partu: et vir-
go poſt partū: fons miſericordie: fons ſa-
lutis et gratie: fons conſolationis et in-
dulgentie: fons pietatis et letitie: per illā
ineffabilem letitiam qua exultauit ſpiri-
tus tuus in illa hora quādo tibi per Ga-
brielem archangelum annunciatus ⁊ cō-

ceptus filius dei fuit. et per illud diuinū
myſterium quod tūc operatus eſt ſpiritus
ſanctus. ⁊ per illam ineffabilem gratiam:
pietatem: miſericordiā: charitatē: et humi
litatem: per quas filius tuus deſcēdit acci
pere humanam carnem ī venerabiliſſimo
vtero tuo: ⁊ in quibus te reſpexit quādo te
cōmēdauit ſancto Joanni apoſtolo et euā
geliſte. ⁊ quando te exaltauit ſuꝑ choros
angelorū. et per illam ſanctā ineffabilem
humilitatē: in qua tu reſpōdiſti archāgelo
Gabrieli: Ecce ancilla domini: fiat mihi
ſecūdū verbū tuū. ⁊ per glorioſiſſima quī-
decim gaudia: que habuiſti de filio tuo do
mino noſtro Jeſu Chriſto. et ꝑ illā ſan-
ctam ⁊ maximam compaſſionem: ⁊ acer-
biſſimum cordis dolorem: quem habuiſti
quando filium tuum dominum noſtrum
Jeſū Chriſtū āte crucē nudatū: ⁊ in ipſa
leuatū vidiſti pēdentē: crucifixū: vulne-
ratū: ſitiētē: fel apponi: clamantem audi-
ſti: ⁊ morientem vidiſti: et per quinqȝ vul-
nera filii tui. et per cōtractionem viſcerū
tuorum: pre nimio dolore vulnerum ſuo-
rum. et per dolorem quem habuiſti quādo

Vidiſti eum vulnerari. et per fontes ſan-
guinis ſui. ⁊ per omnem paſſionem eius.
et per omnem dolorem cordis tui. et ꝑ fon-
tes lachrymarum tuarum: Ut cum omni-
bus ſanctis ⁊ electis dei venias ⁊ feſtines
in auxilium et conſiliū meū: et in omni-
bus orationibus et requeſtis meis: ⁊ in o-
mnibus anguſtiis et neceſſitatibꝰ meis. ⁊
in omnibus illis rebus in quibus ego ſum
facturus: locuturus: aut cogitaturus o-
mnibꝰ diebus ac noctibꝰ: horis atqꝫ mo-
mētis vite mee. et mihi famulo tuo impe-
tres a dilecto filio tuo virtutum omnium
complemētum: cum omni miſericordia et
cōſolatione: omni cōſilio: omni adiutorio:
omni benedictione et ſanctificatione: o-
mni ſaluatione/pace/et proſperitate: ōni
gaudio et alacritate: etiam abundantiam
omnium bonorum ſpiritualium et corpo-
ralium. et gratiam ſpiritus ſancti: qui me
bene per omnia diſponat: animam meam
cuſtodiat: corpus meum regat: mentē eri-
gat: mores componat: actꝰ probet: vota et
deſyderia mea ꝑficiat: cogitationes ſan-
ctas inſtituat: p̄terita mala indulgeat:

preſentia emēdet: futura moderetur. Vitam honeſtam ⁊ honorabilē mihi tribuat: fidem: ſpem: charitatem: caſtitatē: humilitatem/ et patientiā mihi tribuat. Quique ſenſus corporis mei regat ⁊ protegat. Septem opera miſericordie complere me faciat. Duodecim articulos fidei et decem precepta legis firmiter tenere et credere me faciat. Et a ſeptem peccatis criminalibus me liberet ⁊ defendat vſque in finē. Et in nouiſſimis diebus meis oſtēde mihi faciem tuam: et annuncies mihi diem ⁊ horā obitus ⁊ mortis mee. Et hanc orationem ſupplicem ſuſcipias et exaudias: et vitam eternam mihi tribuas. Audi et exaudi me dulciſſima virgo Maria mater dei et miſericordie. Amen.

¶ Ad beatiſſimam virginem Mariā Oratio deuotiſſima.

Spes anime mee poſt deum virgo Maria in illā commendationē/ ⁊ in illā fidem quā te dilectus filius eius dominꝰ noſter Jeſus Chriſtus preelecto diſcipulo ſuo Joanni cōmendauit/ cōmēdo tibi hodie corpus et animam meam/ et

horam exitus mei/et omnes actus meos.
Ac precor te vt ſerues me a peccatis/a ſcã/
dalis/ab omni confuſione humana/ab ira
tremenda/ab immũdis cogitationibꝰ/ab
omni mortali peccato/a ſubitanea ꝛ ĩproui
ſa morte/ab oĩbꝰ ꝑiculis anime ꝛ corporis/
nec vnquam me tale permittas facere
peccatum/ quo gratiã tuã amittam. Da
mihi de preteritis emendationem/ de pre/
ſentibꝰ cuſtodiam/de futuris cautionem.
Da mihi in hac vita promptum adiuto/
rium. Eſto mihi in tremendo iudicio ꝓ/
locutrix apud filium tuum/ Dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum. Amen.

Ces preſentes heures a luſage de Pa-
ris/priuilegiees pour dix ans commẽceãs
a la preſente date de leur impreſſion/furẽt
acheuees dimprimer le vingt deuxieſme
iour Doctobre/ Mil cinq cens vingt ſept
Par maiſtre Simon du bois imprimeur
pour maiſtre Geofroy Tori de bourges/
q̇ les vend a Paris a lẽſeigne du pot caſſe.

